S Colleg Soci Cat. inscrip. c. N.

Grammatica in Car-
MEN, ET TABVLAS GRA-
PHICE CONCINNATA:

Authore Petro Megango Niniuita.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

VITTORIO EMANUELE BIBLIOTECA IN ROMA

PARISIIS
Apud Vaſcoſanum, uia Iacobæa, ad inſigne Fontis.
M. D. XLIX.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

PRIVILEGII SENTENTIA.

CAVTVM *eſt authoritate* Regia,*ne quis alius præter* V*aſcoſanum, has* Grammaticæ *tabulas à* Petro Megango *conſcriptas, ante ſexennium in hoc* Franciæ *regno imprimat,néue uendat:qui ſecus fecerit,libri illi publicabuntur,ac mulcta* Iudicis *arbitrio irrogabitur.* Datum Lutetiæ XII. *Cal.Mart.* M. D. XLVIII.

Ex *Conſilio* *Guiot.*

ORNATISSIMO VIRO D. IOANNI FALVELLIO FORMOSELLAE Præpoſito Petrus Megangus S. P. D.

QVOM nihil ſit tam diſpar, Antiſtitum decus, quàm tuus ille apex, & mea inſignis obſcuritas (diſtāt enim uel ex diamĕtro) qui fit, amabo, ut tu mihi & literis, & re ſuppetias ferre non ſis grauatus? ego item non dubitarim, uelut homo perfrictæ frontis, tua humanitate fretus, te ſubinde uel occupatiſsimum interpellare? Dubium profectò non eſt, quin amor ille mutuus (qui olim ambos conciliabat, germano adhuc tuo ſuperſtite, Cœnobiarcha tum pio, tum erudito: quem hercle nō tantum nomine, & eruditione refers) altas paulatim egerit radices: quippe quas nec impar conditio, ſeu fortuna, quæ amicitiam quamlibet arctam ſoluat: nec loci interuallum, quod ferè parit obliuionem: nec longum illud ſilentium, quod Amyclas perdidiſſe fertur, euellere potuerūt. Multis ſanè nominibus me tibi deuinxiſti. plura enim tibi debeo, quàm ut ſoluendo unquam eſſe queam. Porrò autem, quò fiat iſte nexus non modò indiuulſus, ſed etiam Herculeus: ac ne hirundinum more ingratitúdinis inſimuler, operæprecium fuerit æmulari Meropem, atque ſynceri amoris quoddam monumentum, gratitudinis ergô tibi nuncupare. id quod non ita pridem domi horæ ſucciſiuæ abortiuerunt: ita ut nobis non fuerit intĕgrum, urſarum inſtar, fœtum modò effuſum relambere: cùm ob ſaxum, quod iamdudum uoluo: tum ob uarias tam Libitinæ, quàm Hymenæi metamorphóſeis. Cæterum, ut cōplexim dicam: Grammatica eſt, quæ nihil oſcitanter, aut tradat, aut prætereat: cuius nos referat certiores eſſe, undecunque ſit adſcitum. id quod legenti facilè palam fiet. Methŏdus, inquā, eſt metro æque, ac tabellis, ordine certo, & nouo concinnata: atque ita deſcripta, ut nullo quidem negocio, tam è penſili tabula, quàm è libro ediſcatur. Hîc in primis puerorum memoriæ cōſultum eſt:

uti ſeries ipſa penſaret difficultatem. hinc exulant Momi, & Theónes. Nam candor noſter neminem perſtringit nominatim, etiam opere toto: quamlibet multis refrager. Ecquid, inquis, in mentem tibi uenit, ut poſt aliquot myriadas Literatorum, tot ſeculis ab Vrbe cõdita, retroactis, te huic procellæ auſis committere? Audio. at iam propè ſerum eſt à curſu dehortari. ſiquidem anchora iam ſoluta eſt. & ſpes eſt, non defuturum Tiphyn quendam, aut certè Erginum, qui clauum tenebit: etiam ſi Caphárēa, & Scyllæ latratus, & Malêam légere fuerimus coacti. quom ſint Lutetiæ, Louanij, Baſileæ, uiri iuxta cubitum docti, qui ut uentis uela permitteremus, efflagitarunt. Deinde uereor ne cornicula quæpiam meis ornetur plumis: id quod uiris doctis nõ defunctis modo, ſed & ſuperſtitibus eueniſſe intelligo. præſertim quom uarijs in locis, adhuc uiſuntur antigrapha per diſcipulos ſparſa: immo & autographũ extat apud quẽdam Lutetiæ, olim è Germania, ut audio, allatum. Bene ſanè habet, quod Syntaxin hactenus intẽgrã ſeruarim: etenim iã fucus mihi ſuboleſcebat. Age uero iã tyronũ ingenijs, quæ tanta codicũ farragine obruuntur, antidotũ paremus: & tanquam filo ex Labyrinthis educamus: non autem quorũdã ritu, qui nullo quidẽ delectu, nullo prorſus ordine Hõriſticen infundere, quaſi catapotia porrigẽtes, ſtomacho plus ſatis malè affecto nequicquam moliuntur. Adde quod huiuſcemodi præceptores, puerorum anguſtos animos uel Cimmeria obſcuritate auertunt: uel crambe crebro repetita nauſeare cogunt: uel nimia barbarie obtundentes, remorantur. Tranſeo eorundem uerſus, quorum pedes, arſis, & theſis ex hic, hæc, hoc, paſsim conflatæ, ita inchoant, & ſubinde claudunt, ut putes te audire ictus Vulcaniæ incudis. Inde naſcitur nobilis, & frequens in Ludo Battologiſmus, atque ſimul tacite obrepunt cum Datiſmis ſolœciſmi. Quid uerbis eſt opus? Digni ſanè id genus grammatiſtæ, quibus iuſsu Camilli accidat, quod olim Faliſcorum magiſtro. Aedepol Muſæ cum Minerua merito cum huiuſmodi pædagogis expoſtulent: quos minime pudeat ipſam diſciplinarum principem tam illotis manibus tractare: quæ ad nuptias Mercurij, & Phi-

lologiæ admiſſa,in Deorum ſynodo,fari prima iuſſa eſt. Nos uero, quandoquidem huic palæſtræ nomen dediuus, non ſinemus hanc artem tam pannoſam mendicare, atque tantumnon mutilatam proſtare. Quin potius remis, uelíſque dabitur opera, uti germana Romuli ab omni ſitu pariter & ignominia uindicetur. At quia Porcio Catoni literarũ radices ſunt amaræ, Grammaticen triplici Gratiarum harmonia, Carmine ſcilicet heroico, Notis,ſerie quadam certa per Tabulas incedere,nouo emblemate expolitas,própalam docemus.quò literarum candidati, ſimul & Palladis proci maiore affectu, adeo inſignem Heroida ſectari queant. Sed redeo ad te,cuius palatum mihi quoque eſt demulcendum: (utar enim uerbis Lucretianis.)

" *Nam ueluti pueris abſynthia tetra medentes*
" *Quom dare conantur:prius oras pocula circum*
" *Contingunt mellis dulci,flauóque liquore:*
" *Vt puerorum ætas improuida ludificetur,*
" *Labrorum tenus:interea perpotet amarum*
" *Abſynthi laticem,deceptáque non capiatur:*
" *Sed potius tali tactu recreata ualeſcat:*
" *SIC ego nunc,quoniam hæc ratio plærunque uidetur*
" *Triſtior eſſe,quibus non eſt tractata,retróque*
" *Volgus abhorret ab hac,uolui tibi ſuauiloquenti*
" *Carmine Pierio rationem exponere noſtram:*
" *Et quaſi Muſæo dulci contingere melle.*

Hactenus ille Carus. Cæterum uir clariſſime, pariter & eruditiſſime, ut compendio dicam, boni quæſo conſule hoc quicquid eſt fœturæ,quod tibi ceu primitias offerre uolui:necnon, tuo editum auſpicio,ante cicadas, ſi fieri potuiſſet,euulgare:tibíque uni, muneris ergô conſecrare:tum quòd Theodoro noſtro indidiſti nomen: tum quòd plus reliquis de me es bene meritus. Equidem non ignoro eſſe donum Leuidenſæ, & infra tuam dignitatem: atqui non pœnitendum tamen noſtri mnemoſynon:ſi animum, nôn munus ſpectare libeat. Vale.

PETRVS MEGANGVS NINI- uita ſtudioſo gregi εὖ πράττειν.

TReis Priſci Mūſas, Mĕlētēn, Mnēmēn, & Aœdēn
Menti ſacrarunt, ingeniique bonis:
Quîs ſine non poſsis meditari, uel meminiſſe,
Aut canere argutum, grex ſtudioſe, mĕlos.
Plus autem reliquis Mnēmēn dignantur honore:
Quom ſit theſaurus, thecáque ſola boni.
Nulla tamen pars eſt hominis mage lubrica: fertur
In uitium præceps: ni colis aſsidue.
Vſqueadeo natūra memor deſyderat artem,
Vt pereat, noſtra ni recreētur ope.
Excole conſtanter Mnemen: ea ſuppeditabit,
Vt reminiſcaris, quæ latitare putes.
Nec ſimilis Didymo fies: Meſſala nec alter:
Aut quos præterea nīl meminiſſe ferunt.
Augeri potis eſt hæc uirtus, atque iuuari:
Si libet antiquis rebus habere fidem.
Ordo Simonidius quid proſit, Scæuola luſu
Comperit: & rerum quid Simulachra iuuent.
In mentem ueniat, cur ſe iactet Metrŏdôrus,
Obliqui memorans quot loca zōdiaci:
Quot reddat Verſus ſemel auditos Theodectes:
Aut cur ediderit carmine Rhetoricen:
Et quibus Hērōdes ſignis, quáque arte ſolebat
Immemori nato cōnſuluiſſe ſuo.
His animaduerſis offendes Ordine primum
Nil potius: poſt hæc Carmine: deinde Notis.
Diſpar ingenium non admiſere Tabellæ:
Quom memorem Series, Carmen, Imago iuuent.

τὸ πέλος.

AD CONVICTOREM eiuſdem exhortatio.

Octo ſunt Partes Latij ſermonis, Alumne:
Nomen, Pronomen, Verbum, cum Participante:
Præpoſitura, Aduerbium, & Interiectio, Vinctum.
Ex his præcipuæ Nomen, Verbúmque feruntur:
Quas citra nequeant animi conſulta coire:
Si uerum, falſumque uelis expromere fando.
Sed ne diſcipulos Latiale ſolum ingredientes,
Scrupulus offendat, non unā parte moleſtus,
Nulla per alterius ducetur ſemita fundum.
Ipſi nempe uiam ſternemus: qua Labyrinthos,
Et ſalebras, & Meandros uitare licebit:
Ac tyrocinium quæcunque ſolent remorari.
Nam cui non Genus impoſuit, flexus quoque uocum:
Et Syntaxis earundem? ne cætera dicam.
Quare operæprecium facies, ſi Pallāde fretus,
Mecum deſcendas exploraturus arenam,
Ne iam ſuccincto ſubrepat forte Solœcon.
En uelut in Tabula, populariter omnia cernes:
Subijciámque oculis, ne quid te faſcinet uſquam:
Non, ſi prolueris Circeo labra liquore.
Tantus candor ineſt operi, breuitas quoque tanta:
Vt non Oedipodem poſcas, aut ſenſa Laconum.
Et, quod mireris, Pes ſiſtit: Carmina conſtant:
Vt ſit quod delectet iter: quod mulceat aures:
Quodq; ad Mnemoſynes fontem comitetur euntem,
Vſque monens memorem Lethes uitare fluenta.

τέλος.

HAEC Tabula enucleat Generis ſeptemplicis uſum.

παρεχονδιή.

1 2

Autorum Genus arbitrio, Senſuque docetur:

3 1 2 3.

Et recti Poſitu: uelut Orbis, CHRISTVS, Aſylum.

Maſculei

Senſu

Sunt propria cuncta VIRORVM:
Rómulus, AEnéas. Orpheùs, Cicero, Catilina.
Nomenclatura DEORVM:
Mars, & Mercurius, Pan, Comus, Apollo, Palamon.
Nomen quoduis GENIORVM:
Nicon, & Gabriel, & Lucifer, atque Michael.
MARIS APPELLATIO cuncta.
Præco, magiſter, Arabs, conſul, præs, atque monarcha.
Sunt indita nomina VENTIS:
Argeſtes, Aquilo, Typhon, Libs, Auſter, Iapyx.
Cuiusuis nomina MENSIS:
Martius, Auguſtus, September, inérsque December.
Quæ propria ſunt FLVVIORVM:
Nilus, Arar, Simois, Acheron, Pactôlus, Hydaſpes.
Et quæcunque gerunt non diſpar ſignificatum.

Poſitu

——quæ ſunt, ita claudere fas eſt:
1. plur. o. ol. an. in. ôn. 3.
Liberi, & unio, ſol, titan, delphin, & horizon:
er. ir. or. as. 1.
Anſer, abaddir, olor: tum pro ſerpente parias:
es. 1. os. 2. os. 3. us. 2. us. 4.
Atque cĕraſtes, Eurîpos, flos, ſcrupulus, ortus:
eus. ps. polyſyll. ax. poly. ex polyſyl.
Adde Caphareùs: hydrops, ac cum dropace uertex.
Ex hoc fonte bibunt, ſimili quæ fine feruntur.

Exẽplo

——quot ſint, hæc ſylua docebit:
Adria, quom ſinus eſt, adiunge cometa, planeta:
Quótque ferè uertunt ās, ēs in A, ut anthia piſcis:
Et quod opes ſignat: tum pernio, pugio, cudo,
Aut codon: udo, cardo, ordo: ligo, harpăge cretum.
Martius & Narbo, Sulmo, Croto, regius Hippo.
Sal, mugil: ren, ſplen, lichen, pecten, cano natum

Oſcen,& ales ĩonicus,atque lien,& in aſter,
Et cucumer,furfur,uultúrque,& turtur,& aſtur.
A S ſimul & partes,& quod patrio facit antis.
Verres,pes,aries,paries:cum gurgite merges,
Et fomes,trames,palmes,cum limite ſtipes,
Ac ceſpes,termes,neque non poples,tudes,ames,
Compoſitúmque dies,& quod Graio dedit ẽtis.

Exẽplo

Sic candys,cucumis,faſcis,piſcis,uelut axis,
Et cenchris,callis,collis,Lucretilis,othrys,
Et liber annalis,uomis,cum fuſte molaris,
Tum uectis,menſis,follis,lapis,unguis,aqualis,
Et pollis,botrys,delphis,& poſtis,& enſis,
Glis,uermis,torris,ſemis uel quæ parit aſſis:
Caſſis pro reti,pyrois,& ſanguis,& orbis,
Caulis ſeu colis:tum nis quæ finit,ut ignis.
Arbor item rhamnos,ſchinos,ſpinus,cytiſúsque.
Mus,lepũs,atque tripũs, & quod põdis,aut facit untis.
Atque chalybs,& cũ dodrãte triens,ſociiq;. (pix.
Dẽs,põs,mõs,fons,ips, thrips,gryps,ſeps,anguis & ur-
Vrbs Adryx,& Eryx,phœnix cum fornice uarix,
Calyx,ſiue calix,ſpadix,ſandyx,& oryx,grex,
Et uoluox,ſeptunx,aut quos parit uncia fœtus.

Fœminei

Senſu

Nomen PROPRIVM MVLIEBRE:
Penelope,Didò,Tanaquil,Medêa,Philôtis.
Vox aſsignata DEABVS:
Ops,Venus,Euphroſyne,Lacheſis,Cliò,atque Megara.
Quod NATVRAE eſt muliebris:
Saga,nurus,ſoror,obſtetrix,Atlantis,Amazon.
Deſignans OPPIDA nomen:
Roma,Tõmos,Theba,Babylon,Carthago,Saguntus.
Vel quæuis INSVLA fertur:
Creta,Paros,Sardò,Thuléque:Britannia,Naxus.
Semper nomen REGIONIS:
AEgyptus,Libye,Germania,Gallia,Perſis.
Cenſetur quælibet ARBOS:
Palma,larix,abies,laurus,uitis,cedrus,ilex.

Quorum de grege ſunt,quotquot par notio promit.

Fœminei Poſitu — quæ ſint, his finibus extant:

a.1. e.diph.plur. oē.e.gracū ſing. oē ω gracū.
Aura, minæ, ſemper Lethe, conſtanter & Argò:
io.uerbale do. go. as.3.
Et uerbale io: tum grando, caligo, ſimultas,
es.3. e 5. [illegible] aus. abs. ebs. obs.
Compes, aut requies, lis, fraus, trabs, plebs, ueluti ſcobs,
urbs uls ems ans ens ons aps. eps.
Vrbs, & puls, & hyems, iuglās, mēs: frons, ita daps, ſeps,
ips ars ors ax ex ix ox ux.
Stips, pars, mors, fax, lex, aut fæx, pix, Styxúe, celox, crux:
aux alx. anx. inx. arx. erx.
Glaux, falx, lanx, ſyrinx, aut iynx, additur arx, merx.
Tum quæ conſimilem non detrectant poſituram.

Exēplo — quot ſint, farrago monebit:

Talio pœna, caro, ditio: cognatáque uerbis,
Portio, concio, ſeditio, legio, regióque:
Et deflexa in io, (niſi corpus ſignificabunt.)
Et ſiren monſtrum, gorgon, pro flumine Caucon:
Icon, & ſindon: fauet Alcyoni uel aëdon.
Arbor: cos, & dos, aliquótque per us uarianda,
Arctos cum balano, byſſos, diphthongos, eremos:
Mons Ganos, Hyſſopos, tum Lygdos: hŏdósue creatū,
Vt methŏdos, ſynŏdos: uult miltos adeſſe papyro:
Pollucique Tholos, ſi ſit domus orbicularis.
Aluus humus uannúſque merent ſub claſſe ſecūda.
Porticus eſt quartæ, tribus, & manus, ac acus, īdus.
Sunt utriuſque domus colus. incus tertia flectit,
Et tellus, pecudem, ſubſcúsque palúsque, ſalúsque,
Et uirtus: iuuenisque ſenéxque, & ſeruio nata.
Hæc fornax, ſmilax, auis urax, additur halex
Acuibex, carex, & forfex, atque ſupellex.

——quæ ſint, hinc collige tyro.
Grande ſophòs eſt, Scire tuum, uìc Chære pelaſgum:
Hebræum Mariàm, mater, uirgóque Latinum.
Senſu — Theta nigrum, Labda obſcœnum, tria peſſima Cappa.
Nam uice nominis acceptum, uox technica fermè:
Littera non raró, medium genus, adita ſumunt.
Græci threttanelò, noſtri taratantara iungunt.

Appendicula.

Miſſa, licet, facias: quæ fructus nomina ſignant:
Quom genus iſtorum ſit, uel poſitu, manifeſtum.
Vt tŭber oblatus: nux græca: pyrúmque Amerînum.

——uoces hoc limite ſidunt:
oē.a.plur. oē.e.plur.per craſin. oē.ma.3. oē.e.3. oē i.y ſingul.
Bactra, ſimul Tempe: locus Harma, Reate: meli, AEpy:
u. ac. al. el. il. oē um ĕn.
Cornu, lac, animal, fel, ſil: Peſtum locus: omen,
oē.ŏn.2. ar. ur oē es cor.græcum.
Neutrius — Poſitu — Ilion, epar, & urbs Tybur: nepenthĕs Homeri:
us.3. it. ut.
Sic tus, frit, caput: & ſpuriorum more reſidens.
Quod genus aiunt iſpal, iol, Gadir, nepet, & Cim.

——quod ſint, hic ſubijciuntur:
Delia locus: paſcha in ſacris: inflexile pondo.
Atque cadauer, iter: nec non cum uerbere ſpinter,
Ni ſit cognomen: Tŭder urbs, uer, tûber & uber:
Ac terræ fœtus: cicer ut, ueſcúmque papauer,
Exēplo — Rugoſúmque piper: uel ăcer, ſiler: & leue ſuber.
Ir uola: pyr: cŏr, & æquor, ador, cum marmore, robur.
Fas cum uaſe nefas: cerĭs, & creăs orta: pĕlásque.
Aes: os utrumuis: epŏs, atque melos, telos, Argos,
Et chaos: urbs Helos, Hermos: item uirus, pelagúsq;.
Et Græcis Erebus: quod nunc uti mas uariatur.

COMMVNIS — generis conſtanter dicitur eſſe,
Vno quod poſitu ſexum diſcernit utrunque.
Atque nihil rĕfert, homines, an bruta notentur.
Vt uerna, auriga, & coſmeta: profectáque uerbis,

Ceu conuiua, uel aduĕna, transfuga: iunge homicidæ
Agricolam: & quod par ĕtymon gerit. adijciuntur
Dalmăta, & Epirota: dein Mácedo, ac homo, nemo:
Quom tamen hæc uitent adiectiuum muliebre.
(Nam prope maſcula ſunt, in ſignificantia corpus.)
Tum pugil, exul: adhæc præſul cum martyre ſacro:
Autor non auctor: prior & uox ſyncriticorum:
Et uerbale in ſor: tum fur: Ligur: augur, & Arcas.
Miles, eques, pedes, & ueles, comes, atq; ſatelles,
Antiſtes, præſtes, cæles, cocles: ſimul hæres,
Et uates, præſes, interpres, & indiges, obſes:
Primates, & ſummates. affinia iunge.
Quinetiam iuuenis: prior & uox appoſitorum:
Necnon & teſtis, patruelis: perque duellis:
Hoſtis, & extorris, ciuis: canis, atque ſodalis.
Bos, impos, compos, cuſtos: olimque ſacerdos.
(Cede theos Græcis, nec non homo technos, ămûſos:
Cum plæriſque alijs: ut diſtrŏphos, & monocôlos.)
Sus commune duûm Latio: cælebs quoq;: & infans:
Cúmque cliente părens nomen, noménque adŏleſcens.
Frons in compoſitis: princeps, auceps: ſimul exlex,
Atque ſenex, opifex, dux. à uerbis oriunda:
Vt uindex, index, iudex: coniunx, & aruſpex.

Appendicula.

At nequid fallant uulpes, proles, ſobolésque:
Et nomen Generale, ſequar recti poſituram.
Sic Populus mas: Gẽs muliebre: Animal quoq; neutrum.

OMNIS ——— *erit generis, uel quodlibet appoſitiuum*
Vnius poſitus. mitto Frugique, Suique:
Ac huiuſcemodi obliquos. Ego ſit paradigma:
Et præſto, cum tu: nec non inflexile nequam.
Tum par & proles: tum puber, & à color orta:
Atque tricorpor cum ſocijs, ſimul indecor: atque
A tribus ad centum numeri: gentiléque noſtrâs,
Aut ueſtrâs, cuiâs, Arpinâs: aut ita ductum.

Pes in compoſitis:hebes,atque teres,locuplésque:
Et uetus:adijciunt opŭs,uſum quando notabit.
Cum petulante comans:& quod parit eligo:& ingens:
Atque recens,prudens:omne inſtans participantis:
Et Laurens:de mens quoque flexum:cum ſocio ſons.
Et præceps,anceps:ſollers & iners,uelut expers.
A ſors,& ſata cor:Tyburs:pluralia tot,quot.
Audax,& uerbale per ax:in plex quoque nomen.
Tum felix,illex,pernix cum præcoce,uelox:
Atque ferox atrox:& trux:& faux oriunda.
Priuatim uictrix,ultrix neutralia cernas.

Obſeruatio.

Si duplex poſitura:prior commune duorum,
Poſterior neutrum:ſin triplex,prima uirile,
Altera fœmineum,neutrum poſtrema receptat.
Quorum farrago,uel non quæſita,ſubibit.

Appendiculæ 2.

1 *Vnica totius generis,ſunt plura duorum,*
Pauper,inops,diues:præpes,cum participe exos,
Intercus:deſes,memor,immemor,hoſpes,& uber:
Degener,& ſoſpes:uigil,& cicur,atque ſuperſtes.
2 *Adfixum latitans,licet adiectiua referre:*
.ſ.ſol .i.porcus .i.dies
Hic oriens,nefrens,natalis ſæpe coercet.
.i.ouis .i.auis
Hæcque bidens,uolucris,uel in ens à continet ortum.
.ſ.prædium
Hocce ſuburbanum:genus omne ſubeſt animanti.

INCERTI *generis quot ſint,habet ordine ſylua:*
Anguis,adeps,atomus:ſimul ales,abyſſos,Abydos.
Bupræſtis,bombyx:ita bubo,Cupido,canalis,
Carbaſus,& corbis,cum clune,culex,pedis & calx,
Atque cinis,cortex:Piſândro clara Camîrus:
Dama,dies numero finito:rarò Epidaurus.

Pro fructu ficus, cum fini & forcipe: groſſus,
Grus: halos, imbrex, limax, lynter, lécythus, & lynx:
Margo: nĕpa, & natrix: oropus, & ólenus urbes.
Sic & obex, & onyx: pumex, pulvis paradiſus:
Pampinus, & python: & Ariſtophani quoque Parnes:
Perdix, urbsque Pylus, Pheneos, pharus, atque phaſelus:
Et fixum quadrupes, funisque rudens, rubus arbor:
Ramex, ſcrobs, ſerpens, Sicyon urbs, atque Selinūs:
Et cum ſtirpe ſilex: tum Stymphâlus, Strătos urbes.
Talpa, taras, torquis, uepres, Stephanóque Zăcynthos.
Quem, ſi plura uoles, mox conſulturus adito.
Vulgus amat neutrum: uix ſal, anxur, pecus, halec
Fœmineo neutrum: ſpecus, & penus omnia miſcent.

SINT EPICOENI *quæ confuſim ſignificabunt,*
Per genus alterutrum, ſexus naturam utriuſque.
1 *Talia ſunt* AVIVM: *ceu paſſer, coruus, hirundo.*
2 PISCIVM *item: polypūs, orphōs, & ſepia, cetus.*
3 *Atque* FERARVM: *ceu lepus, & uiuerra, ſciurus.*
4 *Sunt huiuſce tribus* INSECTORVM *quoque uoces:*
Vt crabro, formica, culex, eruca, rubeta.
Vnde fit, ut dubitem: niſi ſuppetias ferat autor,
Niue genus prodat non anceps clauſula uocis.

OBSERVATIONES CATHOLICAE 3.

Prima de Diminutiuis.

Dictio diminuens, patrium genus accipit ultro.
Degenerat Ranunculus, atque Diecula partim:
Et quod ŏn Argolici claudunt, ut Erotiŏn, atque
Lampadiŏn, uel Palladiŏn: docet hoc poſitura.

Secunda de Græcis nominibus.

Græca genus ſeruant genuinum uerſa Latinè,
Seu uerbi maneat, ſeu demutetur imago.
maſ. fœm. neutrū dubiū
Vt Maſtigia, Biblos, Erythropelăs, Tricorinthos.

Hinc

Hinc quanquam nutant catapulta,ſimul cataracta:
Cochlea,charta,domus,cera,amphora,cũ paraſanga:
Maſcula ſunt græcè,uertit muliebriter Auſon.
Et quæ luxuries heteroclita commemorabit.

Tertia de Figuratè acceptis.

Nec Trŏpus immutat genus,ut Tellure receptus
Neptunus:corrupta Ceres:uolat itala cornus.
Maſculeum eſt Mālus nautæ,Lotúsque canenti.

APPENDIX GENERALIS DE *Syllepſi in una clauſula,quam Syntheſin uocant.*

Eſt ubi nunc uocem, nunc ſpectes ſignificatum,
Sic ut nonnunquam poſito ſit mobile diſpar:
Ac tacitè ad Genicon,non ad Speciem referatur.
Pægniŏn ipſe calet,ſua Sophroniŏn perit algu.
Dicitur Amphitryo Plautina:Aiax Sophoclea.
Albula pota deo:tepidúmque excurrit iader.
Vulcano Aetna ſacer:fœtu grauidæque Elephanti.
Centauro uehitur magna:Senium,Scelus ille.
Oſcen adeſt obſcœna ſtrepens Præneſte ſub ipſa.
Pars merſi tenuere ratem,tria milia cæſi.
Fontibus,& gemmis,herbísque uſuuenit iſtud
Atque notis:alias etiam quom Technica uox eſt.
Vinum Myrtites etiamnum tectius aiunt:
Maſculeo Græco addentes neutrale Latinum.
Qualia ſcyllites,autites,aut mareotes.

	Maſc.		Dubij		Neut.			
Obſeruatio nominũ locorum.	Adrix	Daphnũs	Adrymēs	Sicyon	Aepy	Argos ſingul.		
	Aegialos	Eryx	Azŏtos	Stratos	Dory	helos		
	Haliartos	Lychnidos	Halos	Stymphâlos	Chryſocĕras	hermos		
	Axumites	Odyſſeis	Halicarnaſſus	Tăras	Delta	praneſte		
	Acragas	Panĕlos	Aornos	hyettos	tŭder	tybur	Vm &	ſingularia
	Sulmo	Scôlos	Zacynthos	Phénĕos	harma	iſpal	on	
	Narbo	Tarantos	Hierichũs	Phyſcos	cynoſſēma	care		
	Croto	Hydrus	Parthos	Olĕnos	Rhegma	nepet		
	Hippo	Orĭcos.	Selinus	orôpos	Zeugma	Cim		
	Graſtillos	I plurale.	Seſtos	Zacynthos	Reate	A pluralia.		

DE NOMINVM INFLEXV TABVLAE IN CARMEN *coactæ: autore Petro Megango Niniuita.*

REGVLAE GENERALES 7.

1 COMPOSITVM *flectes ad amuſſim, & ſimplicis unguem.*
Degenerat fermè poſitum, ſi mobile fiat:
Vt triuium, omnigenus, deforme, exangue, perennis.
2 *Ex uno recto compôſtum, ſiue duobus*
Nil aliud flectit, quàm caſus Nominitanteis.
Vt iuſiurandum, reſpublica, iurĕperitus.
Nunc tamen alterŭter uariat modò poſteriorem:
Ceu partim corrupta, pŭerpera cum Leŏpardo.
3 *Trunca, uel obliqui caſus, aptōta feruntur:*
Qualia cum ſocijs, huiuſcĕmodi perhibentur.
Nos, ita compacta, in patrio remanere putamus:
Nec mutare genus recti, numerŭmue priorem.
Quanquàm, pro Tali, ſic ſtructa periphrăſin explent.
4 *Conformis primo eſt uocitans. at more Pelaſgo*
Interdum diſpar: S ne plus ſibilet æquo:
5 *Vſque parem rectis quartum neutralia ſeruant:*
Ac in ă plura cadunt: ubi non expertia flexus.
6 *Pluralem patrium mutilat conciſio ſæpe:*
Quando poētarum lex, aut euphónĭa poſcit.
7 *Par ablatiuus pluralis ubīque datiuo.*

CANON.

Nomina deſcribunt in Claſſes quinque Latini.

SINGVLARIA

Nominatiuus	AS	*Pythágŏrās:*
PRIMA *theſin finit ſolenniter*	A, *uel*	*Académiă:*
	ES	*Theſidēs:*
	E.	*Agănippē.*

Etſi conflarint in ă rectum quemlibet olim.

Ge. Patrius exit in { AE diphthongum. / Es E fit achæum. / Ius habes, quũ maſcula cũt pronominis inſtar. / As, ai } exoleant, ab ă quæ duxere Latini.

A' famul ortum habet as, patri matrive cohærens.

Da. In dădi caſu manet { Ae tantum. / I cupit ius.

Ac. Quarto collocat { AM Romanus. / AN, EN } fero græcè:

Vocali thematis ſemper coeunte ſuprema.

Vo. Quintus uult { A, uel / E.

Ab. profert { A, aut / E quoque ſextus.

Nempe ſalutandi caſum, ſimul & latialem
Extima uocalis recti concludere debet.
Es in ă nonnunquam migrat: ceu Perſá, propheta.

Pluratiua.

No. Recti plurales Ae mórdicus obtinuerunt.

Ge. Gignendi caſus uolet { Arum. / ûm ſyncopa cogit.

D. Ab. Tertius, & cõpar habet { IS. / Abus datur ambæ:
Et dea, mula, duæ, liberta, equa, filia, nata.

Hæc tria priuatim uariant: uti pluſcula quondam.

Ac. *Cauſatiuus in —AS— pluralis clauditur uſque.*

Singulariter.

Nom.	*Próxima fert poſitus*	*Er*	*Euander:*
		Ir	*treuir:*
		Eùs	*capaneùs:*
		Vr	*ſatur:*
		Vs	*Aemyliânus.*
		Vm: uel	*Irritamentum:*
		Os	*logŏs:*
		ōs	*androgeōs:*
		ŏn	*aconitŏn.*
Ge.	*Conuertuntur in*	*I nihil excedente paterno.*	
		Vult & hyperthesin: ut libri lîber.	
		Ei uel / *Eos*	*eùs.*
		O facit attica lex.	
		Ius ambiguum datur unus,	

Vllus, uter, ſolus, totus, neuter: ſocijsque.
Alter corripitur fermè. Maurus quoque tendit.
Eſt aliud longum. maiores lege fruantur.

Incrementum impurum.

Incrementa uolunt Ir, Vr: orta gero, fero uerbis:
Preſbyter, & proſper, lacer: & puer, exter, adulter:
Tum gener: atque ſocer: tener, & miſer: addito lîber.
Deluxata uides in carmine dexter, & aſper:
Mulciber accedit: Celtis miſcemus ibêrum.

Synæreſis.

Fit quoque ut i geminum crebrò coaleſcat in unum:
Vt patrimoni mille talenta: furórque Lucreti.

Dat.	*Tertius*	*O*	*profert.*
		Ei	*raró eùs.*
		I	*uolet ius.*

Quartus

Ac.	*Quartus clauditur*	*Vm*	*latialiter.*
		On	*cadit argis.*
		O	*det apollōs, ſicut athōs.*
		Ea	*faxit ĕumque eus.*
Vo.	*Par primo uocitās in*	*E*	*uerte ŭs, & os breuiata.* *Nec pugnāt tyrinthie, delie, cynthie, quicquam.* *Aſt ubi demulcet mos atticus:* *O deus, inquam:* *Corniger ò fluuius:* *rex arma Latinus habeto.* *Vos ò patritius ſanguis:* *ſanguis meus, audi.* *Degener ò populus?* *quæ uos tegit arbutus umbra?*
		I	*ſit ius propriū noſtratibus: adijce fili.*
		Eu	*dimanat ab eùs.*
		V	*fertur ab ûs: ubi longum.*
Ab.	*Sextus porrigit*	*O*	*conſtanter, quando ſecundæ.*

Pluraliter.

N.V.	*Rectos plurales*	*I*	*finit*
		A	*neutra.*
		O	*duo, ambo.*
Ge.	*Patrius*	*Orum*	*uult:*
		Vm	*parcius.*
		On	*eat Argos.*
D. Ab.	*Tertius*	*Is*	*amat, & conſors.*
		Ibus	*& ſacra feſta.*
		Obus	*habent ambo, duo:* *ni muliebriter edas.*
Ac.	*Quartum terminat*	*Os*	
		As	*ab eùs fero.*
		A	*neutra reponunt.*
		O	*ſimul ōs hic ambo, duo:* *uel maſcula promunt,*

TERTIA finitur recto bis ſex elementis.
Rurſus & hinc coeunt ſexaginta poſituræ.
His quoniam ratio uerſus ſeruire grauatur:
Sepia deſignet, metróue ſoluta ſinopis.

Duodecim literæ terminales.

A, E, I, aut Y, O, C, D, L, N, R, S, T, X.

enthymēma.	Mă	uſurpat	mătis	à græcis.
Cubilĕ.	E	fit	ĭs	latiale.
Sinapĭ, aut molȳ.	I, uel y declinant Danai, uix Auſones audent.			
Catillo.	O facit	ōnis.		
		ĭnis	fit Apollo, cardo, homo, nemo: Turbo, (niſi propriū ſit) itē ordo, margo, cupido: Et muliebre do, góq;: ut hĭrudo, & hĭrūdo, crepido: Atque propago, uirgo: exceptis unedo, Dido.	
		ênis	adoptarunt aliunde anio, nerióque.	
		Nis	caro porrigit.	
Calypſō.		ûs	habeant muliebria græca.	
Lac, halec.	C. duo circunfert.	actis	lac regula donat.	
		ēcis	uult halec, quia rectè fertur & halex.	
	Huius ad exemplum ne dicas melchiſedēcis.			
Dauid.	D. claudit peregrina.	ŭdis	eſt tamen à bogud ortum.	
		îdis	habet Dauid, noſtrum ſi uertis in uſum.	
Animal.	Al parit	ālis:	ſal, & barbara corripiantur.	
Gabriel.	El	ēlis	fit hebræum: indeclinabile crebro.	
		ellis	habent mel, fel: neque plura Quiritibus extant.	
Tanaquil.	Il fit	ĭlis	ſemper: nĭl, aut nĭhil ádditon eſto.	
Sol.	Ol	ōlis	creat: ut ſol tantum.	
Exul.	Vl	ŭlis	breue fiat. Non facit huc exoticon.	
Pan.	An facit	ânis,	& anos.	
Tŭbicĕ.	En formabit	ĭnis	quoties declino latina.	
		ênis	amat graium breue hymen.	
Delphin.	In exhibet	īnis:	Seu liquidæ ypsĭlon: ſeu præponatur iota.	

On

Macedō. On uariè decurrit.
- *ōnis compluſcula poſcunt. Vt ſindon, gorgon, dæmon, icon, Agamĕnon.*
- *ônis agon, python, corydon, helicon, platanónque.*
- *ontis, uti phaethō, ſcazon, Acherō, & horizon.*

On ſi uertis in o, menſum ſeruabit auitum. Auſones interdū conuertunt ontis in ônis: Demipho, Cteſipho ſunt teſtes, ueluti leo ſimplex.

Arar. Ar formabit.
- *ăris. ſed car, nar, neutráque produc. Corripe par, nectar, iŭbar.*
- *arris far.*
- *ătos hepar.*

Agger. Er fit
- *ĕris. longum ſit uer, & græca. ſed aer, Aether ſunt correpta.*
- *bris imber, iunge ſaluber: Et celeber, menſésque.*
- *cris in cer mobile poſcit.*
- *Tris ter romuleum: ceu lynter, cum pătre mater. Hinc later ablega:*
- *iŏuis autem Iuppiter ultrò Adſciuit.*
- *tĭneris fit iter: ueterem thĕſin horrens.*

Martyr Ir dones
- *ĭris: aptōton gadir niſi malis. Sint procera bechir: ir flumē: chir quoq; natum.*

Amor. Or profert
- *ôris. breuis arbor: marmor, & æquor: A decus, & corpus quæ ſunt deflexa: memórq;: Vnà cum græcis.*
- *ordis cor ſemper habeto.*

Guttur. Vr fit
- *ūris. fur fiat littera longa.*
- *ŏris autem Corripiunt iecur, atq; femur, tum robur, ebúrq;.*

Pietas.

As
- âtis producit. anas tibi corripiatur:
  Et græcum neutrale.
- ăris à mas.
- aſis ab as duc.
- Aſis uas, ſi neutrum.
- ădis hic uas poſcit, & arcas:
  Et graium muliebre: ut lampas: pythias, hellas.
- Antis habent quæ maſcula græca, adamas, acragáſque,
  Et pallas, elephas.
- ănos ede melas, niger amnis.

Vulpes.

Es creat
- ĭs nec creſcit.
- ĕdis pes, híncque profecta Præcipitant.
- êdis tendunt merces, ſimul hæres.
- Aedis præs.
- ĭdis à ſedeo ſata dant: uti deſes.
- Aeris porrigit æs.
- ĕris alma Ceres facit.
- eſsis Bes habeat: quod ab aſſe tamen proficiſcitur.
- ētis Cum locuplête, quies: & iambo clauſa pelaſgis:
  Cum magnes, parnes. manſues obliterat uſus.
  Sit quintæ requies.
- ĕtis hæc undena capeſſunt,
  Indiges, interpres, teres: & cum præpĕte, perpes:
  Sic hebes, atque ſeges: nec non abies, ariéſque:
  Atque teges, paries.
- ĭtis ales diues, & hoſpes:
  Atque ſuperſtes, ſoſpes: ad hæc commune duorum,
  Maſculáq; exemplo: quorum memini modo nuſquã.
  Sed uates, uerres nihil excreſcendo reſidunt.
- I loco ĭs extat, & æ: quom græcè non manet auctus.
  Quod genus Euripĭdi, Moſi, Stratiphocli, et Oronti.

Is nihil

idis cuſpis, lapis edunt:
Et căpis antiquum: & bona pars graiæ ditionis:
Vt paris, & daphnis, phaſis, ſimul atque bryaxis:
Diua Thĕtis, pyxis: pro criſta caſſis, ămyſtis,
Pelămydi adde chlamys. producuntur tria: crenis,
Et neſis, pſophis.

ĭos autē, & ĕos, uel yos dat: Argolicum parcè: ut geneſis, nemeſis: polis orta:
Sic metamorphōſis, chelys, & mys, tēthys, erinnys.

Humilis. Is nihil imutatur.

At quoties ita fit, reſpondet ſyllaba recto
Fermè apud Auſonios.

Inis aiunt pollis habere:
Et ſanguis ſimplex: quòd in ēn prius iſſe legantur.
Ex huiúſcemodi cera ducunt ſalaminis.

Iris glis ſortitur.

ĕris uomis, cinis optant:
Et puluis, cŭcumis ſæpe.

iſſis ſemis ab aſſe.

Itis amant dis, lis, ſamnis: comitante quirite.
Contrahitur charis: aſpirant gergisque, corysque.

Entis habere uolunt opoīs, pyroīs, ſimoīsque.

Flos. Os

ôris facit. arbos corripit.

oſſis ŏs, exos.

ôtis dono nepos, & cos, dos, atque ſacerdos:
Deductóque ab ĕros: & quod par rhinocĕróti.
Priuatim compos, impos breuia eſſe laborant.

Odis it à cuſtos.

ŏuis à bos.

ôis ab heros:
Tros, thos, & minos: cui Criſpus detulit ônis.

Corpus.	Vs	fit	ŏris polyſyllabon.
			ōris comparat.
			ûris Plus habet: & monoſyllaba, cum tellus.
			ŭis autem Grus, & ſus.
			ĕris hæc: uulnus, ſidus: uenus, hulcus: Pŏdus, onus, funus: uiſcus, munúsq;, genúsque: Vellus, opus, uetus: & fœdus, ſcelus. adijciatur Rudus, holus, uel acus, latus.
			ûdis dant tria: ſubſcus, Atque palus, incus: ŭdis hæc pecus, hoc oris.
			ûtis Cætera fœminea exemplo. intercus breuiatur.
			Vntis graia aliquot, ſynodūs piſcis, locus hydrūs Vrbs cerasūs: amathūs: & opūs per craſin.
			ŏdis pūs Compoſitis uſum ceſſit: lagópŏde teſte.
fraus.	Aus		audis duo: laus, fraus.
trabs.	abs	fit	ăbis breue, arabs, trabs.
plebs.	Ebs		êbis facit unum plebs.
			ĭbis accipe cælebs.
libs.	Ibs, aut ybs		ĭbis efficit.
ſcobs	Obs		obis.
urbs	Vrbs habet		urbis.
puls. &	Puls		pultis producat:
hyems	hyems		hyĕmis breue faxit.
ſtans.	Ans		antis profert: & participantia quæuis.
			Andis habent duo: glans, iuglans.
Gens.	Ens exitin		entis.
			Endis dant tria: lens animal, pendóque profectum, Et nefrens porcellus.
			euntis iens, & eôdem

Orta uolunt: & rara quiens, nquĕienſq;: ſed ambit,
Atque ſuperbio, nil uariant in participando.

Tiryns. Ins inthis conſlat:tiryns,helmins,duo teſtes.

Fons. Ons { ontis parit. / ondis frons ramus foliatus. }

Aruns. Aruns aruntis deſyderat.

Daps. Aps ăpis uſque.

Seps. Eps { êpis, ſeps utrumuis. / ĭpis offero manceps: / Et polyſyllabicis. / ŭpis auceps uult. / ĭpĭtis fit Anceps, atq; biceps:& quæ legis à caput (orta. }

Stips. Ips cōcinnat ĭpis. ſtirps r comitatur.anhelant
Cinyphis & gryphis ſimul.

Inops. Ops fit ŏpis. ſed auis ſcops,
Et cyclops,hydrops extēdūt pœne ſupremā:
Et cercops, conops:et ab ops oculo generatū.

Pars. Ars artis proſeminat.

Solers. Ers ertis fit ubique.

Mors. Ors { ortis cupit. / ordis amant à corde profecta. }

Tyburs. Vrs urtis——tyburs gentile.

Caput. Caput { capitis fit.Adita cætera ſunt. / ĭpĭtis ſoboles habet omnis. }

Audax. Ax { âcis produc.fax corripe,ſmilăce iuncto.
Sic dropax,cădax,pharnax: et iābica græcā.
Eſt commune ſyphax.
ăgis harpax,& ſua proles. (lis atrax.
Tectoſáges Stephanus ſic flectit,& Eupō-
Actis hylax,bibrax:& anax in compoſitiuis. }

Fæx. ēcis: breue nex,prĕcis,atque reſex.

ĭcis ex fit In polyſyllabicis noſtris:(ui bice notata) secata

Eximitur numero ueruex duntaxat,& halex.

ēgis rex,& lex.ſed deprime grex,aquiléxque:

Ex Atque lĕlex argiuum.

ĭgis à remex fit.

ĕnis uult Iure ſenex:ĕcis & priſcè.

ectilis adde ſupellex.

Meretrix ĭcis ducit.fornix rapit,hiſtrice iuncta:

Tum chœnix,pix,appendix:cum uarice narix:

Coxendix,& eryx,& elix:calici datur illix,

Ix Ac cilices,ſalicique filix,larici quoque natrix.

In polytrix,& onyx obliquus ſpirat anhelum.

Sed uariat bebryx.

ĭuis unum nix. (pyx

ĭgis edunt Strix,biturix,ortyx,phryx,ſtyx:addatur ia-

Impetigi:nec non & oryx.& nomina regum.

Sit tibi productum maſtix: & idem muliebre:

Nam maſtigos ait Sophocles imitatus Homerum.

Vox. Ox ōcis. rape cappadocem,& præcox.

ŏgis edit Allobrox.trox tenditur.

octis nox,uti pernox.

Crux. Vx fit ŭcis. produc lux,pollux.

ūgis habet frux.

Faux. Aux aucis uolet.

Falx. Alx alcis facit.

Lanx. Anx habet ancis.

Angis habeto phalanx.

Sphinx. Inx ingis da.

yncis amat lynx.

Vnx

Septunx. *Vnx* { *uncis* *fit.* / *ūgis.* *coniunx.* }

Arx. *Arx efficit* *arcis.*

Merx. *Merx* *mercis tantum.*

ſtriglx ſtriglis uix inoleuit.

Appendicula generalis.

Hic obſeruandum: quòd mutata dialecto,
Terminet alternis nunc os, nunc is genitiuum.
I, uel y confudit paſſim ratio breuitatis.
Sed ſeruant orthographiæ paradigmata legem.

Datiuus. *Dantem finiat* {
I ſeu graium, ſiue Latinum.
O damus & reliquis: ūs uſurpante paterno. }

Accuſat. *Quartus poſtulat* {
Em tantum. neutraliā pugnant.
Im ſolum admittūt cucumis, uis, peluis, amuſſis:
Atque ſitis, rauis: cum tuſſis, buris aratri.
Sed uariant ſementis, turris, febris, aqualis:
Et nauis, puppis, clauis: reſti adde ſecurim.
In fit is argiuum, nihil excreſcente datiuo.
Im nec idem ſpernit Latio donatum.
A fit auctum }

Impurè quoduis: aut em de more Quiritum.
idem, ida: parin, parim
Quidlibet admittit paris: & cum phaſide, alexis.
Dic heroā: frequenter ērinnyn, erinnya rarò.
Macrobius Diomede ait uſurpaſſe Maronem.

Vocatiuus. *Quintus amuſſatim primo reſpondeat uſque.*

At græcè uocites {
Atlā:
Chremē:
Oſirī:
Melampū. }

Ablatiuus.

Ablatiuus

E *uult: ubi ſubſtantiua teruntur.*
Adijce degener, uber, pauper: ſoſpes, & hoſpes.
Mobile uel quoties in propria nomina migrat.

I *tantum fixis[1] pariter fit, mobilibúsque[2]:*
Si neutrum per ē declinant: tum menſibus[3]: & plus[4]:
Ac ubi finitur quartus duntaxat[5] in, imue.
Suffragantur al[6], ar[7], quoties neutralia cludunt:
Quattuor exploſis, cum nectărĕ far, iubar, epar

I, uel E *deſultoriè amat dans im prius[1], ac em.*
Sic quoque ſyncriticum[2]: ſic adiectiua[3] uacillant
Vnius recti (præterquam quinque relata.)
Subſcribunt unguis[4], finis, pugil, anguis, & imber.
Ignis, auis, poſtis, uectis: cúmque amne ſupellex.
I ſtrigilis mauult. paſſim reclamitat Echò.
Obſerues obiter, quid mutet dīa poĕſis.

Pluralis numerus.

N. A. *V.*
Rectis, & quar(to ſimul,

ES *datur,*
IS *cedo trallis: Et ſardis.*
A *fit in neutris: ſi ſextus ē tantum.*
Cum uetus, & collatiuis.
IA *cætera donent. Hic uariant plus, apluſtre.*
E *coit ex ea græcis.*

Genitiuus.

Vult Genitiuus

1. IVM, *ſi ſexto I non odioſa.*

Accedat numero 2. *caſſum:quódque* 3. *uncia gignit.*
Et monoſyllabon 4. *as:& quod duo* 5. *conſona claudunt.*
Præterea 6. *cos,cor,faux,dis:os oris,& oſſis:*
Atque lares,fæx,ſus:glis,mus:nox cum niue,lis,dos.
Deinde 7. *cohors,caro,uter,lynter,ſamnisque,quirisque.*
Sic habet 8. *es œnotrium,&* 9. *is:neutrum modo creſcat.*
Oblatrat canis:& quædam mox enumeranda.

1. VM *fermè tribuas:ubi ſexto ſeruit ē tantum.*

Admittantur 2. *inops,ſupplex,uigil, & pugil·atque*
Cum ſocio memor,& conſors,& hebes,ſtrigilisq́ue
Iunge uetus,diues:tum 3. *ceps quæ terminat,&* 4. *fæx.*
Pertinet 5. *huc canis,& uates,panis,iuuenisq́ue.*
Et ſoboles,proles:& ſi datur indolis uſus.
Quin 6. *& opes,lemures:cum cælitibus,proceresq́ue:*
Syncriticiq́ue 7. *gradus:ſed plus exorbitat uſque.*
Magnates um,uelium *uariant,& cui latium dedit* 1. *âtis.*
Et polyſyllabon 2. *ans,* 3. *ens:& cum laude* 4. *penates.*
Vis metri macedûm ferruminat,alituúmque,
Porrò boum ſit in anomalis.

ON *flectit achæus.*

Dat. Dandi caſus { Ibus dat, conſpirante ſupremo. / ôbus & / ûbus. } bos illegitimè uariauit.

Ac. Accuſatiuus præter metas quoque recti, { eis haud inconniter editium præeunte. / As ſimul indulgemus: ã quãdo prior dat achaus.

Singulariter.

genu. No. anus. QVARTA dat { V prius aditon. / VS declinat utrinque.

Gen. Patrius exit in { VS / vis exulat: / V dat IESVS.

Dat. Dandi caſus { vi uolet: / V quondam: adſit IESVS.

Ac. Quartum terminat— VM.—procul hinc neutrale faceſſat.

Vo. Par thẽmati quintus: niſi quòd uocitamus IESV.

Ab. Romanum caſum nunquam non—V—bene claudet.

Pluraliter.

N.V. Pluratiua ſuis rectis dant. { VS: / va neutris.

Gen. Gaudet { vum patrius. / vm rara ſynæreſis arctat.

Dat. Danti paret { Ibus, ſextóque. / vbus obtinuerunt.

Fœminina.

Hæc acus, & ficus, tribus, & portus, lacus, arcus:
Et ſpecus, atque ueru: partus, quercus, ſimul artus.

Ac.	Incuſatiuus par rectis	VS, / Va	donat.

Singulariter.

N.Res.	QVINTA tetendit in —	ES —	rectos conſtanter utrinque.
Ge.	Patrius	Ei	nunc profert
		es / e, uel / ij	odit.
Dat.	Tertius	Ei	poſtulat.
		e	deſyderat uſum.
Ac.	Quartus in ———	EM —	triuialiter exit: dummodo quinta:
Vo.	Nil quintus primo diſtat.		
Ab.	uolet ———	E —	latialis.

Pluraliter.

N.V.	Recti poſcunt ———	ES.	
Ge.	genitalis procreat ———	ERVM.	
D.Ab.	Sit dandi caſus ———	Ebus —	ſextique uiciſſim.
Ac.	Quarto ſeruiat ———	Es, —	ne quid deliret amuſſis.

Auctarium de patronymicis.

Quî patronymicũ formetur, conſule graios.	DES	it, ut Anchiſes: on auſonio caret uſu.
	IS	ueluti pyxis flectunt.
	AS	lampădis inſtar.
	NE	typon æolicum gerit: ac uerſatur ut odē.

Non temere promes: niſi cum ſectabere uatem.

DE PRONOMINE.

QVATTVOR admittunt etiam pronomina flexus:
Quos patrij caſus aperit, dandique character.

Primi ſunt	Ego: / Tu: / Sui.	in ī ſubſidit uterque.

2 *Alterius ſunt* { *Hic, is, & iſte, ille, ipſe, quis, aut qui:* } *Arguit ũs patriũ, cludens ĩ ritẽ datiuum.*

3 *Tertius inflectit, quaſi nomina: bis tria,* { *noſter: Et tuus, & ueſter: ſuus, & cuium, meus, ô mi:* } *Ae patrio muliebre: dat ĩ neutrum, atque uirile.*

4 *Quartus itẽ flexus nuſquã cũ nõie pugnat. Nã* { *cuiâs: noſtrâs: ueſtrâs.* } *âtis dedit uſus.*

De Participio.

At priuata deeſt inflexio Participanti.
Illud enim, & nomen communi claſſe fruuntur.
Inſtans tempus adit leges, quas tertia ſanxit.
Cætera ſectantur primæ ritum, atque ſecundæ.

Finis Analogiæ.

De Anomalia, ſeu Heteroclisi.

NOMINA { *quæ uariant:* / *quæ nõ ſũt integra flexu:* / *Quæ quaſi luxuriant:* } *heteroclita dicere fas eſt.*

Variantia genus.

SINGV.	PLVR.	
		Hæc maribus gaudent prius, & pluralia neutris:
Maſcul.	*Neut.*	*Mænalus Arcadiæ mons: Taygetúsque Lacônum,*
		Tenaráq;. at Phrygiæ ſunt Dindyma, Gargaraq;: Orci
		Tartarus. Iſmara Thrax, Campani Maſsica ſcandunt.
		Et primo numero uideas neutralia græcè.
Maſcul.	*neu. & M.*	*Proxima ſunt iocus, & loca, ſibila, cetus, Auernus:*

Excepto

Maſc. N.M. Excepto quòd in his pluralis ſæpe uacillet.
Fert us, & um prius: at tantum plurale lupini.
fœm. neut. Pérgamus urbs Troiæ, plurali pergama gignit.
Cui par (ſi patitur Diomedes) ipſa ſupellex.
neut. maſc. Singula neutra colunt Argôs, cælúmque beatum:
Plurima maſculeum: quom cælos dicis, & Argôs.
neut. M. & N. Congruit his frænũ, raſtrum, filum, atque capiſtrum:
Præterquam quòd in ī, uel ă pluratiua reſultent.
neut. omnis Plus prius eſt neutrum, plurali non mutilatur.
Complures autem, tantum pluraliter extat.

Var: Declinationem.

ſecũdæ d. tertiæ. Iugerum amat claſſem, numero præeunte, ſecundam:
Iugera plurali declinet tertia tantum.
Parcius uſurpat cum iugere, iugeris, autor.
tertiæ. ſecundæ. Tertia uas primo, flectitque ſecunda ſequenti,
Nam ueteres uaſum, uel Plauto teſte, ferebant.

Vari. Genus, & Declinationem ſimul.

Hæc genus alternis uariant, claſſemq; uiciſſim:
Neut. 2. fœm, primæ. Delicium uult delicias: epulas epulumque:
Exuuium cupit exuuias. ſint nundinæ in uſu.
βαλανεῖον. Balnea dic, & eas, uel eum: græcè balanîon.
Pòſt præſtigiæ amat dici: prius um, nec ă uitans.

Obliqui irregulares.

Mutuor obliquos à deſuetis aliquando:
Vt carnis, lactis, ſimul hepatos, aut Nerienis,
Cum ioue: cætera ſunt electro lucidiora.

Defectiua.

Siqua negant uſum flexus, caſus, numeriue:
Defectiua uocant: Elliptica nomine Graio.

Defect. Flexu. ἄπτωτα, ἄκλιτα.

Aclita dicuntur nullum uariantia caſum.
Quod genus eſt fermè, uel Hebræum, uel peregrinum:
(Ni prius addiderit latialis lima figuram)
Vóxque horicôs accepta frequens: & littera quæuis.

Tum T finitum:preter caput:V ſterileſcit
Finito numero:poſt autem pignora gignit.
At Lucanus ait:Cornus tibi cura ſiniſtri:
Auſones I nullum flectunt,henicôs oriundum:
Nec plurale per E:quod finxit craſis Achæa.
Nec præſto,nequam,pondo:aut contenta priore,
Hir,fas,atque nefas:ſubtel,nil,aut nihil,inſtar:
Forſitan & ſpinter,præneſtĕ,neceſſe,neceſſum.
Sunt qui Cĕpĕ,Pĕdum flectunt,& grammata Graiûm.
Aptōtos ſemper numerus primarius exit:
Aſt unus,duo,tres:& milia declinantur:
Et centum,modò ſit cum cardine conciliatum.
Vt quadringenti,quingentæ,ſiue ducenta.

Defectiua Caſu. μονόπτωτα.

Vna monoptôtis uox extat:ut inficias it.
Adde ablatiuos noctu,natu,ſimul aſtu:
Et promptu,iuſſu,permiſſu:fertur & aſtus.
Differitas,expes,tantum non abrogat uſus.

Δίπτωτα.

Quæ gemino conſtant caſu,diptôta uocantur.
Vt,repetundarum,ſeu poſtulo de repetundis.
Sunt mihi ſuppetiæ:fero ſuppetias,mage tritum.
Tantundem,ſolum tantidem progenerauit.
Fors,& forte,ferè euentus aduerbia fiunt.
Sponte Latinus amat caſus:ſpontis generandi.
Alternisque uicem poſcunt:uice cuncta geruntur.
Redde uices uicibus,fiet diptoton utrinque.
Dic potis,& pote:nam plurale potes habet Vmber.

Τρίπτωτα.

Quæ treis inflectunt caſus,triptōta memento.
Vt tabum tabi,tabo:ſatias,ſatiate,
Aut atem:pro quo ſaties defenſitat uſus.
Diuinúmque cluet triptōton nomen IESVS.
Vis,uim,ui facit:hinc uires non demutilamus.

Impĕtis,impetibus plena omnia:& impete uaſto.
Non opis eſt noſtræ:fer opem,qui ſis ope dignus:
Exin opes oritur,nuſquam pluraliter orbum.
Exhortando ferunt,ò macti,macte,Quirites:
Non temere mactus.grates admittere nil uult:
Præter germanos:nec gratis grate recuſat.
Vix inter luxata refer,quæcunque Pelaſgus
Intĕgra ſuppeditat.ueluti melŏs & dĭca,cĕtĕ.
Nempe melo,mela:deinde chao latialiter edunt.

Carentia nominatiuo.

Cæter inauditum:reliquum ſubſeruit amuſsi:
Vix achreſta manent,prax,frux,uerber,ditióque.

Mutilata uocatiuo.

Nulla ſalutabunt:quæ percontantur:ut ecquis:
Quæ referunt:ut qui.quæ diſtribuunt:uti quiſque.
Quæ ſunt infinita,& Particularia:ut Alter.
Adde quod abdicat:ut nemo:Pronomen:ut idem.
Aſt impune uocant noſter,noſtras,meus,& tu.
Pertinet huc omnis,quom collectiuæ adhibetur:
Pluráque:ut autorum fragmentis experiemur.
Indŭperatorem cur ſpernitis ò ſui alumni?
Tibul. *Mos precor ille redi.Fuge quilibet huc in aſylum.*
Virg. *Exoriare aliquis noſtris ex oſſibus ultor.*
Ouid. *Ipſe meas æther audito preces.& adeſte*
Vir. *Dijque,deæque omnes:ſtudium quibus arua tueri.*

Orbata obliquis plural.

Obliquis ceſſant pluralibus ordea,farra:
Defruta,mulſa,forum,mel,thus:& nomina quintæ.
Præter res,ſpecies:ſimplexque dies:aciéſque.
Sōles,atque Sāles, uix agnoſcunt genitiuum.

DEFECTIVA NVMERO.

Singularia tantum.

Propria cuiuſcunque rei,natura coercet,
Ne pluralia ſint:adde herbarum,fruticúmque:

Deinde metallorum ſpecies. hinc penſaque, & uda
Fixáque mobilibus deducta: abſtracta uocantur.
Porrò notes obiter, non quid cenſura requirat
Noſtra, ſed autorum: quos eſt penes orbita fandi.
Nempe Ioues, Veneres: Curios, & Phineas inquam:
Inque loco œdipodas: ratio, aut ſi ſchema requirat.
Nec cōtemnam opobalſama, uina, roſas, orichalca:
Nec loca, præſertim numero mutilata priore.
m. fœm. n.
Vt Gabij, Rhemi: uel Athenæ: Suſa, Cythera.

Maſculina ſingul.

Maſculei generis ſunt hæc, & ſingula tantum:
Heſperus, & ueſper: ſopor, & pontus, fimus, æther:
Et ſanguis, limus, nemo, muſcus, penus, aër:
Hinc ceſtus Veneris: cui mobile iungitur almus.

Fœminina.

At muliebria ſunt, numerúmque peroſa ſecundum:
Talio, pix, aluus, cholera, & contagio, tabes:
Fama, lues: cum plebe, ſalus: pubes, fuga, bilis:
Atque fames, ſitis, atq; ſtrues, humus: adde quietem.
Sic quoque uirtutis nomen, uitiique repertum.

Neutra.

Denique neutra manent, numero contenta priore:
Paſcha, ſalum, nihilum: ſinum uas: nectar, & hepar:
Ver, ſenium, uiſcum, gluten, cœnum, pelagúsque:
Fel, lētum pro morte: gelu, neque non iubar, halec:
Et uulgus neutrale: lutum cum faſcino, & æuum:
Iuſtitium, ſpicum, nitrum: pus, uirus, adórque.
Spinter, Cæpē, Pedum refer huc: aptōtáque dicta.

Pluralia tantum.

Plurali tantum numero numerale potitur:
Siue diæreticum, ſiue eſt à cardine nomen.
Ethnica cum ludis adſcribere feſta licebit:
Quanuis interdum tacitus conniueat auſon.

Plautus

Plautus enim Bacchanal: & eſt qui Singulus edat.
Arbore centena libet uſurpare Maroni:
Lucanóque fluit ſepteno gurgite Nilus.

Maſculina plural.

Maſcula plurali tantum numero cohibentur:
Cancelli, Lemures: hinc liberi, Eteſiæ, & antes:
Atque loci pro ŭtero: manes, faſti, atque Penates:
Priuatim noſtri Maiores, atque Minores:
Quíque olim Gallis Druidæ, & Druides uocitantur.
Et loca quotquot in I ſidunt. Vepres fer utrinque.
Quod nunc maſculeum, nunc eſt muliebre: uti Sentes.
Ambŏ Duŏ Aeneadis in ŏ maſcula, ſunt in ŏ neutra.

Fœminina plur.

Iſta gynæcēum celebrant plurale: Calendæ,
Idus, & Nonæ: tum nuptiæ, & Exquiliæ mons:
Pro retíque plagæ: tum gerræ, quiſquiliæúe:
Clitellæque boum, ſolísque cubilia Gades:
Relliquiæ, exequiæ: lactésque, manubiæ, & ambæ:
Antiæ, & attēgiæ: mitto inferias Acheronti.
Da ſcopis tenebras: nugis tricas, apináſque.
Primitiæ, thermǽque calent: ualuǽque pateſcunt.
Diuitiæ in cunis infans: ſunt feriæ inerti.
Pone minas, ſunt induciæ: phaleræ̔que faceſſant,
Et procul inſidiæ: lis abſit uindiciarum.
Mens agat excubias: in Lātŏmias eat hoſtis.

Neutra plural.

Nec licet his neutris numerum deferre priorem:
Mœnibus, & teſquis: uates Effata recantent.
Extáque porriciam, exhilarent præcordia mentem.
Hæres iuſta facit: puerique crepundia geſtant.
Muniáque exequitur, pro Roſtris Tullius orans.
Arma, & Caſtra ſequar: mulier multitia ſumat.
Accedant tempe ſponſalibus, & parapherna.
Flabráque uentorum, ſimul incunabula rerum.

Legati Lautîa ferunt, analecta miniſtri:
Et bellaria: nec non mattya, cōttăna ficus.
Adde repotia, compita ſcrutis: Salgăma uaſis.
Tum quæ mobiliter, quaſi ſubſtantiua, reſidunt.
Vt ſoteria, ſiue Hyberna, Cerauniáque alta.
Græcia ſic effert ſua feſta: ſacros & Agônăs.
Vt Dionyſia, ſic Hecateſia, Deliáque: exin
Iſthmia cum Nemĕis, & Olympia, Pythia Phœbi.

APPENDIX GENERALIS.

Quom iubet Eclipſis, uel ſenſus, uel poſitura:
Et genus, & numerus reſpondebunt ad amuſſim:
Ne iam continuò quæuis Elliptica dicas.
Vt cani, decimæ, genitalia, ſiue pudenda:
Et Superi, Diræ: in pedibus Sicyonia rident.
Eiuſdem armenti ſunt nomina multa Locorum.

Redundantia.

Quom non ſit promptum, citra offenſam, dare uerſu:
Quot tibi plus iuſto poſitu, flexúue redundent:
Quot genus immutent, ſeruato ſignificatu:
E multis quendam delibes ordine guſtum.

Redundantia poſitione.

Luxuriant poſitu, uariante fere dialecto:
trŏs trus bes ārĕ um in
Antipater, Beſſis, Cochlear, Deltoton, Eleuſis:
fauces. ſtă la. bis thŭs.
Faux, & Gymnaſtēs, Hecale, Impuber, Labyrinthŏs:
ă en. os ōn. on.
Mandragoras, Nerio, uel Odor, Plato, Rhinocerósque:
ſors trabes ale.
Olim Sortis, Trabs, Vectigal porrigit ale.
Et ſiquid par eſt, trŭtina penſatur eâdem.

Redundantia Declinatione, & poſitu.

ăcus ys ile: ium. is: inus.
Claſſem mutat Abax, Botrus, Conchilia, Delphin.
antŭs arŭs ira. plur. ădă.
Ac Elephas, Farfar, Gadir: ſimul Hebdŏmas, atque

ōne. ius ies ycia: ium: yce.
Vrbs Iton:& Ludio,Materia:urbs quoque Naryx:
ōdes ges. atium. bo. ātum. ŭris: ŭriŭs.
Oedipodi adde Propago,Reate,Strabus,Thema,Vultur.

Redundantia Genere,Poſitione, Flexu.

Ingeminant aliquot genus:aut flexu uariante:
a. abo. ſtrŭs.
Aut certè poſitura:ut Araneus,arra,alabaſtrum,
ŏs.f. um. um. ŏn.neut.hic,aut hæc.
Antidotŏn:Baculus:tum buccina:barbitos anceps.
ŏs.f. us.m. ŏs.f. um.
Coſtum,chirographum,cryſtallum,carbaſus:atque
um. a.pl. ma.n. ies.f.
Dictamus,diatheca,digammos,diluuiúmque:
io. ta.pl. ium um.
Excidium,ſimul euentŭs.euphorbia:Fundus.
um. ŭs.m. um. bŭs: bă. um.
Fiſcella,atque fimum:ſic Ganea,gibber:Hibiſcus,
ŭs.m. us.f. um. um.
Helleborum,hyſſopum:ceu Iubilus,intŭbus:adde
ŭs.f.um.n. ŭs. a.f. um. um.
Cum Lapatho libanoton:Mulctrum:menda,medimnus:
ŏs.f. lĕn ŏs.d. um. ŭs.gr.
Sic Nardum,atque noualis:& Oricŏn,oſtrea:Peplum,
na.f. ce.f.cea.f. ā. ēs.m. us.m.
Piſtrinum,panacĕs,piſum,paraſanga:Quaſillum:
tus.4. um. um. us.m.um. untum.
Raptio,rapa:dein Stymphālŏs,ſyngrapha,Sipŭs:
us.m. ete.n.etum. um. um. a.plur.
Atque Tiara,tapes:Viſcus:Xyſtus:Zariaſpa.

Obſeruatiuncula.

Et ſuperant itidem græcanica,quando propagant
.i.accuſatiuo.
E Laudatiuo caſu fœtum Latialem.
fœm. maſc. f. m.
Nam panthera parit panther:crateráque crater:
f. m. m. f. m. f.
Atque lebeta lebes:ſeps ſepa:Aether facit æthram.

Redundantia in Adiectiuis.

Barba, iŭgum, cliuus, cum fræno, limus, & arma:
Cera, animus, neruus: cum ſomno, norma, bacillus:
Adiectiua creant ŭs, & ĭs uariantia flexum.
Is tamen in cunctis confirmatum magis uſu.
Præter Magnanimum, & ſyncerum. da iŭgo utrunque.
Huc ſpectant alacer, celer, atque pedeſter, equeſter,
Et celeber, ſylueſter: item campeſter, & acer,
Atque ſaluber: deinde uolucri iunge paluſter:
Committuntur in is cum fœmineo, atque uirili.
Sed duplicem flexum ſolet admiſcere Sequeſter.
Quandoquidem notat inducias Maro, Pace ſequeſtra.

Redundantia in Obliquis.

Plus ſatis ancipites obliquos græca miniſtrant.
Proteŭs, & Polypŭs: & in Es quod propria claudi.
Herodes is, & æ, chrĕmis ede Chremes, magis ĕtis.
Feſta deûm patrio caſu, dandique uacillant:
Pars ôrum, uel ĭbus: pars gaudet ium, uel utroque.
Macrobius ſic eſt in Saturnalibus autor.
Nunc it abundanter Domus, & nunc it mutilatim:
Claſſis enim quartæ partim: partimque ſecundæ.
Arbor itĕm cornus, quercus: ficus, niſi morbus:
Et pinus, Laurus: penus adde colúsque, lacúsque:
Quæ que tulit ſollers Vmbri comœdia, & Afri.

De Comparatione.

In treis ſecta gradus Collatio nominis eſto.
Vox adiectiui princeps, gradus eſt Poſitiuus:
Senſus quando poteſt intendi, diminuiue.
Syncritici typus eſt ŏr: ĭmus Superantis imago.
Ille palam mage ſignificat ſupra poſitiuum:
Maximè at hic. & ſenſu, & uoce increſcit uterque.
At formatio, nîl accepit mutuò ab Argis.

Comparatiui formatio.

In Collatiuum producetur poſitiuus:

Si patrio ſubdas ŏr,& ŭs:thema quando ſecundæ:
Vt,niue Candidior.quod ſi terat altera claſſis:
E dandi caſu confles:ut,Vilior alga.

Irregularia Comparatiua.

Sed pugnant aliquot cūm lege uel ex diametro.
Nam malus obtruſit Peior:magnus quoque Maior:
Inſuper & Meliŏr bonus: & paruus Minor:atque
Plus multum neutrale:Siniſteriórque ſiniſter.
Entior accerſunt à Dico,lŏquŏr,faciŏque:
Et Volo:ni dicas à participante profecta.
Iūnior obſerua,ſeu priſco nomine natum:
i.per craſin.
Siue ſit à iuuenis,quodam ferrumine ductum.
Nequior à nequam,& nequiſsimus extŭdit uſus.

Superlatiui forma.

Quom theſin Er finit, Rimus addatur Superanti:
Vt,Nireùs pulcherrimus:aut pauperrimus Irus.
Dat citĭmus citer:& dexter,ſimul atque ſiniſter:
Quæ duo non ſpernunt aliâs rĭmus.extimus exter
Donat,& extremus.Vetus uſque ueterrimus edit.
Vult rimus,atque ſimus maturus. ĭdem Satur ambit.
Cæterum ab obliquo fiat Collatio ſumma:
Dum conſtanter imus duo ſibila præijciantur.
Vt, Cotys humaniſſimus:atrociſſimus Atreùs.

Anomala ſuperlatiua.

Peſsimus oppedit legi:ceu Maximus,atque
Optimus,& Minimus,cum Plurimus.hic & aberrant
Infimus,& Poſtremus,& Intimus,atque Supremus.
Quom medio datur entior:hunc Entiſſimus auctet:
Sicut Magnificus:uel quæ ſunt auia metro.
Quin agilis,facilis,gracilis,ſimilis,docilísque,
Ac humilis ſumunt Lĭmus:is ſub fine reuulſa.
Námque poëtæ producunt ex more ſecundam.

F

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Mutilata Poſitiuo.

At Prior,aut primus uix agnoſcunt poſitiuum:
Ceu Propior,uel proximus:Vltimus ulteriórue.
Ni thematis loco erit Pridem:uel præpoſituræ.
Deter abeſt.quod deterior,deterrimus auxit.
Pro pingui eſt Habitus rarum:ſed comparat apte.
Ocyor,ac ocyſſimus ultro mutuat ὠκύς.
A Potis & potior,ſimul atque potiſſimus exit.

Mutilata comparatiuo.

Syncritico caret Apricus,Nouus,atque Decorus:
Inclytus,Inuitus:Meritiſſimus addito Nuper.
Cum Iuriſconſulto Perſuaſiſſimum habeto.

Mutilata Superlatiuo.

Non ſuperat iuuenis,nec adoleſcens,nec opimus:
Denique decliuus,Longinquior,anteriórque:
Infinitior,& ſenior,cum Proximiore.
Adde Remiſsior,& diues:Dis non mutilatur.
Augendi formas dat Copia Rotterodami.

Incomparabilia.

Sunt quæ non temere gradiantur:ut eſt moribundus,
Degener,& tremulus:Canus,ſylueſter,agreſtis:
Magnanimus,duplex,Almus,memor,& fugitiuus:
Fatidicus cum ueridico:iunge omnipotentem.
Tum quod ūs abſoluit purum:ut Pius:ingenuúsue.
Strenuus,& tenuis nuſquam non comparat uſus.

Obſoleta.

Multa ſolum uertunt,antiquitus obuia paſsim.
Plautus enim geminiſsimus,ac oculiſsimus audet
Dicere:& occiſiſsimus:& patruiſsimus:exin
cognitiſ- *Punior à Pœno:medioxumus à mediocri.*
ſima Ca- *Comparat aſsiduus Varro:exiguiſsima Naſo,*
tul. *Nec non cognitiora:nitiſsima deinde Catullus:*
ſollicitior *Et Cato perpetuus:tremebundior & Columella:*
Sueton. *Sollicitus Tranquillus:poſtremiſsima Gracchus:*

Velleius

Velleius mixtiſsimus, & ſeriſsimus: idem
Diſtractiſsimus: & tu Luci Pumiliorem.
Fert multiſsimus Arpinâs: paruiſsima Carus,
Et diuerſius: effert mirificiſsimus Afer.
Manlius effudit: Celeriſsimus aduolat Hector.
Vt Græci αὐτότατος, ſic noſtri ipſiſsimus edunt. αὐτότατος.
Hic tamen obſerues, autorum quid probet uſus.
τὸ τέλος.

VERBORVM TABVLAE A Petro Megango concinnatæ.

Quattuor in claſſes cogit ſua uerba Quirinus.
Nec patitur quicquam peregrino more iugari.

PRIMA *typum gerit* { *âs—modo Agendi:* / *âris—Patiendi.* }

Notio Generalis.

I, ſit Præteriti gnomon: VM meta Supini.

ĀS {
Aui—fit: & âtum. Poto uolet mage pôtum.
Vi—iŭuo dat: iûtum ſoboles. laui lăuo mauult:
Et lautum, lôtúmque frequens.
VI—ĭtúmque cubare:
Et domo: deinde plico, crepo, cum ueto: iunge ſonare
Cum tonat: eſt micui ſolum: uult dimicat ātum.
Ctum necui, fricui, ſecui largire.
dEdi—do: Et cum prole dătum uænum, circundare, peſſum.
Nam reliquum uult terna.
ſtEti—fit ſtâre, ſtătúmque.
Defer compoſitis impune
ſtĭtique, ſtĭtúmque.
}

Acceſsio.

Raro his(incolumi lege)indulgetur & áui.
Vt cum prole crepo,ueto,reſto,iuuo,atque necare.
Atque ſupina in itum ſibi nomen in atio ſumunt.
Adde fricatio:quod magis eſt,quàm frictio,in uſu.
Sed plico uult aui numerali conciliatum,
Aut cum Sub coiens:in ui mage cætera ſidunt.
Nexo Probus cenſet primæ fierique xui,xum:
Et ternæ quidam:quom Nectĕre flagitet uſus.

PROXIMA *tendit in* { *ēs inſtans:* / *ĕriſque fatendo.* }

ES—*fit*—VI *uel ĭtum.careo caſſum,carĭtumúe.*
A docui doctum cadit:à patui quoque paſſum.
Miſceo nunc miſtum:producit torreo toſtum.
Cenſeo uult cenſum:teneo obtĭnuit quoque tentum.
Syncopa non renuit miſeret donare mĭſertum.
Dic Solitus:quanquam ſolui Salluſtius effert.

Notio.

Quod dat ui neutrale,caret plærunque ſupino.
Vt Liqueo licui:ſed delĭcui mage tritum.
Et tria(quîs etymon manus)eminet,imminet,atque
Prominui:quin actiuum tĭmeo mŭtilatur.
Intĕgra ſunt oleo,noceo,placet,atque licere:
Et taceo,ualeo,doleo,latet,atque calere:
Et pāret.quoniam nec Scæuola pārĭtum abhorret:
Nec mereo merui,meritum(pro milito)ſpernit.

Di——*ſum dat uĭdeo: ſimul & ſedet,obſideóue.*
S.geminat ſeſſum.ſtridi datur abſque ſupino.
Prandet amat di,ſum:præter legem quoque pranſus,
Tranſgreſsiua ſequens:ueluti gauiſus,& auſus.
Quatuor ingeminant primam:ſpondere ſpŏpondi,
Spulſo,facit:hinc ſponſum:mordere mŏmordi,
Morſum:nec tondere ſecus cum pendeo fiunt.

Eui

Eui *producunt, ētúmque neo, fleo, delet:*
Et pleo progenies, oleóque: notetur ădultum.
Porro abolet, ſimul ac inolet uariant ĭtum, & ētum.
Nunc obolet, ſuboletque, & olet, canoni bene parent.
Obſoleant ſueo cum quieo: non ſueſco, quieſco.
Nam cum prole ferunt eui: nec ſpernitur ētum.
Congruit his uieo: niſi quòd uiĕtum breue manſit.
Iui *fit cieo, uel ĭtum, ſiquando ſecundæ:*
Quarta cio cîtum tendit: mutátque propago.
Hinc accîtus habes: illinc fluit excĭtus aptè.
Si *ſum fit maneo, cum ſuadeo ridet, & hæret:*
Tergeo ſeu tergo, mulcet, mulget, ſimul ardet.
Sic iubeo: niſi quòd circum duo ſibila ſtridunt.
Indulſi torſi cupiunt tum: non temerè ſum.
Nunc pſi ſorbeo dat, uel ptum: nunc ſeruat amuſsim.
Vrget amat tantum ſi: ut fulgeo, turget, & alget.
Vi *monoſyllabicon ueo faxit, tumque aliquando.*
Obſerua cautum bene, priuatim quoque fautum.
Ferueo ui, uelut à feruo: buit à beo ductum.
Xi *ctum fit luget, polluceo, & augeo: parce*
Mulceo cum mulget: xi ſolum frigeo, lucet,
Et conniuet, habent: nullo comitante ſupino.

TERTIA *corripit* { *ĭs conſtanter:* / *ĕrisque uiciſsim.* }

I S *ceſſit patri formā. Cio bis duo cludit.* {
Xi *ctum formabant olim ſpĕcio, lăcióque:*
Vnde manent ſpecto, lacto, frequēter in uſu:
Horum compoſitis exi donabis, & ectum:
Aſpicit, allicio teſtes.
Vi *& elicĭtum dic.*
Eci *actum facio, iacio: ſoboles habet ectum:*
Quod genus afficio, eijcio. }

Dio —— *Di—facit, & ſum: Vt fodio fodi, foſſum.*
Gio —— *Gi—fit, ĭtúmque: Vt fugio, fugi, fugitum.*

Pio quattuor edit.
Piui fit cupio,pītúmque.
Pui ſapio uult:
Olim cum natis iui quoque:ceu reſipiui.
Dat rapio rapui raptum:ereptum eripióque.
Pi ptum fit capio,cæpi captum:Sāta cæptum.
Accipio paradigma.

Rio —— Ri tum datur uni:
Nam pario peperi partum facit, & parĭturus.
Syntheta ſunt quartæ.

Tio —— ſsi fit ſſumque ſupino:
Vt quatio,quaſsi,quaſſum:proles bene cuſsi,
Et cuſſum geminabit.

Vo fit ——
Vi ſimul ûtum.
Vt ſtatuo,uel conſtituo.ruĭtum ruo ſimplex:
Compoſitúmq; rŭtum.Sunt hæc exoſa ſupinū,
Reſpuit,& metuo:ſimul à grŭo uel nŭo ducta.
A luo(pro patior)luiturus uix inoleuit.
vi monoſyllabicôs,& ui pluit edit,& ûtum.
Sed cluo(ſeu clueo)ſterile, et măcū nimis extat.
Xi ctum flecte ſtruo:fluxi fluxum fluo mauult.

Bo fit ——
Bi atque bitum fermè.ſcabitum caret uſu.
Pſi ptum ſcribo,& nubo.
Bui cumbo,aut cubo nata:
Deinde bĭtum faciunt,nullo diſcrimine claſsis:
M.tamen adſciſcunt,inſtans ubi tertia flectit.

Sco coit in
Vi túmque frequens.hinc excipe paſtum,
Cognĭtū,et agnĭtū:itē gliſco,quod habet nihil horū:
Vt uerba incœptiua:niſi accipiant aliunde
Præteritum:ſic ſciui,ſcitum ſciſcere ſumpſit
Mutuò:& hinc conſciſco,deſciſcóque.
Vi ĭtúmque Compeſco,& diſpeſco petuut.
Ci poſco popoſcit:
Et diſco dĭdĭci.
Exi quondam conquĭnit ortum.

Co { Ci ctũ fit:ut ĩco.uinco ſupprimit udam.
Si uel ſum uariãs dat parco pepercit,itúmque.
Xi ctum dant duo,dico,duco:& ſtirps utriúsque.
Plautus pollinctor,ſimul & pollinxerat edit.

Do mĩgrat ĩ { Di ſum:teſtes cum prendo ĕdo ſimplex:
Et comedo,uariante cŏmēſum,ſiue comeſtum.
Pando ferè paſſum:nec deteſtabere panſum.
Vuida pellitur è fundo cum findere,ſcindo:
Sed fiſſum,ſciſſum duplicant s.ſido cooptat
A ſedo ſedi.careant rudo,ſtrido ſupinis.
At cado uult cĕcĭdi,cāſumq;.hinc occĭdo fiat,
Atque recaſurum.pro uerbero,cædo cĕcīdi,
Et cæſum faxit:cĭdo cīſumque propago.
Pendo pĕpendi ſum:ſed pēdo pĕpēdit,ĭtumque.
Tendo tĕtēdit amat:tēſum,tentũq; frequenter.
Tũdo facit tŭtŭdi,uel tunſum:nec male tũſum,
Præſertim compoſta:
Dĭdi dăre nata,dĭtúmque:
Vt credo,prodo,dedo:ſimul ēdo,recondo.
Attamē abſcōdi debetur ĭtũ mage, quàm ſum.
Si dant,ſumque decem, rodo cum diuido,rado:
Plaudo,ſeu plodo:cum lædo,allidóue:trado,
Et uado,ludo:claudo finit ſata cludo.
it ceſſi,ceſſumq;,locũ dare cedere ſignans.
Prorſus anŏmalŏn eſt fiſus ſum fidere formãs.

Go,uel Guo monoſylla- bon in { Xi ctum coaleſcat.
Pĕrgo perrexi dat,perrectúmque ſolutè.
Huc referas intelligo,diligo,negligo tantum.
Et pungo ſata.dant ægre lingo,ango ſupinum.
Excludunt udam finxi,pinxique ſupinis:
Cum rinxi,ſtrinxique:facit minxi bene mictũ:
Quãquã mingo ſitũ redolet,meio mage terſum.
X,impune tenent figo,frigo,uel utrinque.

Gi fit, túmque lego: uariat ſtirps ante relata.
Cætera nil pugnant. egi fit ăgo, ſimul actum.
Hinc adigo, redigóque: cōegi cōgo, coactum.
Sed dego, ſatăgo non admiſere ſupinum.
Ambigo utroq; caret: lĭcet ambactus cadat inde
Frango facit fregi fractum, confringo fauente.
Tăgo uolet tĕtĭgi, tactū: hinc attingo creatur.
Pangit habet pĕpĭgi pactū, à pago: neque păxi,
Aut pégi fugitat. ſolum dant ſyntheta pēgi.
Dat pupugi ſimplex: & proles una repungo:
Si ſum dant mergo tergo (ſeu tergeo:) ſpargo.
Hinc aſpergo uenit: fulgo fabricauit abuſus.
Dat uergo, uerſi, uerſum: & uerxi Diomedi.

Ho — *Xi permutes, & ctum: traho cum ueho teſtes,*
Cum natis.

Lo — *Lui facit, aſsignans tribus ultum,*
Occulo, conſulit, atq; colo. molĭtū molo poſcit.
Fert alo nūc alitū, nūc altū. olo nō habet uſum.
Nec cello, niſi præponas ex, præ, ſimul ante:
Hiſce lŭi cedens, extremo ſubtrahe celſum.
A uolo, cum natis, non extant ulla ſupina:
Quanuis arguat hinc uultus ſeſe eſſe profectū.
Li ſum fit ſallo: tantummodo pſallere pſalli.
Dat uello uelli, uulſum quoque: nec male uulſi.
Percŭli amat percello, perculſumque ſupino.
Et pello pulſum: pepulique, priore iterata.
Fallo fefellit item, falſumque: refello refelli.
Tollo tŭli latum: tĕtŭlique Terentius effert.
Suſtŭlit uſus amat: ne cū fero conſonet anceps.

Mo finit bis quinque. — *Mŭi uel ĭtum uŏmo præbet:*
Atq; gĕmo, frĕmo: nō audet trĕmo adire ſupinū.
Mi tum fiat ĕmo: redimóq; redemit & emptum.
Sſi ſſum uult prĕmo congeminans s. déprimo teſte.
Pſi ptum quattuor hæc donabunt, m, præeunte:
Sūmere cum prōmo, nec non & cōmere, dĕmo.

Vi ſyllaba fit Sĭno:ĭtúmque:
Et lĭno, quod leui præfert in compoſitiuis.
Sed ſperno ſpreui, ſpretū, per hyperthesin, eſſer:
Ac ſterno ſtraui ſtratum: cernò quoque ductū
Nō ſunt clauſa nouem. — fit crēui, crētúmque.
Sŭi pōno, poſitúmque:
Quod cum compoſitis dedit olim rite poſiui.
Pſi ptum temno, & contemno.
cĕcĭni căno, cantum
Gaudet habere:
Nŭi ſata, & entum: præcĭno teſte.
Cornicines, inquit Salluſtius, occanuēre.
Gigno fit genui, genitúmq;: ferunt gĕno priſci.

Po — Pſi ptum facit: ut carpo, hinc excerpere: ſcalpo,
Aut ſculpo: repo, ſerpo: ſed (pro puto) ſarpo,
Et depſi ſunt rara.
Pui ſtrepo dat, ſtrepitúmque.
Pi ptum rumpo creans, m, profligat uel utrinque.

Quo — Xi permutes, & ctum: coxi coquo, coctum.
Qui tantum linquo: dant lictum compoſitiua.

Ro nō plura nouē cludit. — Vi tum tero: & ex hoc
Quæ componuntur trĭui, trĭtum quoq; poſcunt.
Quæróque quæſiui, quæſitum: tale requiro.
Nūc ſero ſeui, deinde ſatū: ſitū amāt ſata, quādo
Semino deſignant, aut planto.
Ri ſimul ertum
Affectant eadem. ſenſu à ſero degenerante.
Aſſero, deſero & exero nil dāt q̃ rui, et ertum.
Vt nec diſſero, quod uult diſſerui, atque diſertū.
Obſerit ēui, & ĭtū duntaxat: ut obſitus annis.
Sſi cupit uro, s, congeminans: uſtúmq; ſupino.
Et gero geſſi, geſtum.
Ri uerro, & bene uerſum.
Curro cŭcurri, curſum: nec præcurrere diſpar.

G

Cætera uix geminant. fŭrit autem deſit utrumuis.
A primo poſitu totum fero degenerauit.
Nempe tuli, lātum: ſimul aufert, abſtŭlit optat.

Siui—& ſitum: teſtes acceſſo, laceſſo.
So— *Si—ſum fit uiſo: uariant inceſſo, capeſſo:*
Atque faceſſo.
Sŭi—pinſo, piſtúmque: dat ægrè
Sum, uel ĭtum. depſo ſui, itúmq; dedit Cato priſcus.
Iam nihil à quæſo, præterquam quæſimus, extat.

Xi — *xum dant bis duo: pecto,*
Et plecto, necto, flectóque:
Xŭi — *neque uitant: præter poſtremum.*
Sſui — *habet meto, denique meſſum.*
To finita (decem. *Si* — *mitto miſi, miſſum, s, duplicante ſupino.*
Ti — *uerto, uerſúmque.*
Tŭi — *uult ſtertere tantum.*
Tiui — *fit peto: & ĭtum rite.*
ſtĭti — *Cato ſiſto*
Actiuo dedit: inde ſtătum quoque Gellius effert:
Quãuis nil donent Phocas, & Cæſarienſis.
Siſtere neutrali, ſto tempora commodat ultrò.
Syntheta compoſitis, tradunt quoq; mutuă opellă.
Hinc exiſto poteſt ſimul extiti, & extĭtũ habere.

Vi — *ſyllaba fit: ſimul inde reſeminat ûtum.*
Vo— *Vt ſoluo, uoluo. non nouit caluo ſupinum.*
Deſpice feruo, lauit, cauo.
Xi — *ctum uiuere faxit:*
Vt nĭuo quondam.

Xo — *Xŭi—fit túmque ſupino:*
Vt texo, & ſoboles. nam nexere non libet uti.

QVARTA *reſidit in* — *īs—productum:*
īriſque—decenter.

IVI concinnat, & îtum. uĕneo uænum:
Quanquam uæniui, ſeu uænijt indit amuſsis.
Singultúmq; ferunt: & nūc impune ſepultum.
Ni uĕnio, & uentū ſumat: neque ſyntheta pugnēt.
Priuatim fio uult factus, ſuffio legi
Morem geſsit: cætera non item.
Vi ſimul iui: Hinc amicit dat amictū. ſic ſalui, atq; ſaliui
15 Et ſaltum ſalio. ſilui ſtirps poſcit, & ultum.
À pario ductum perui, pertum quoque donat:
Ri duo compĕrit, & rĕpĕrit: dant ritéque pertum.
Si ſenſum quoque ſentio habet: cui raucio cōpar.
Haurio dans hauſi, dein iui: maluit hauſtum.
Farcio ſic farſi, fartúmque: refercio ferſi.
Fulcio dat fulſi, fultum: ceu ſarcio, Phocæ.
Pſi ptum ſepio uult: & cambio, ſi uolet uſus.
Xi ctum uincio, ſancit, amant: & rarius iui.
Horū nēpe aliquot, nō aſpernantur amuſsim.
Sed duo corripiūt ĭtū, eo, queo: nec ſine prole.
Produc participans ambītus: ſit breue nomen.

CANONES CATHOLICI DE VERBIS *compoſitis.*

1 COMPOSITVM ſimpléxque iugo ſtringuntur eôdem.
Vt eolui, cultum: excolŭi excultum manifeſtant.

Exceptio.

De lauo formatum declinat tertius ordo.
Id quod colluo, diluo & alluo, proluo monſtrant:
Quanuis eluam, & elaui Plautus uariarit.
Suſpicor, aſpernor, conſternor, gratificari,
Conſpicor, omnino cum ſimplicis ordine pugnant.
Cætera quæ mutant, hic partim ſubijciuntur:
Partim, ubi res urget, ſpecialis regula promit.

A,in E.

Hæc in compoſitis uocalem primam in ĕ uertunt:
Arceo,partiri,ſacro,patro,ſcandere,damno:
Et lacto,mando,tracto,halo:ſimplicis uſum
Ablacto,amandat,pertracto:exhalóq; ſeruant. Demando.

A,in I.

Sed lateo,tacet,ac egeo,pangóque,& habere,
Hanc in ĭ conuertunt:exceptis poſthăbet,atque
Depango:& quoties illi ob,circum,rĕ præibunt.
Pertinet huc facio,coiens cum præpoſitura.
Nam cum parte alia ſermonis,nil uariatur.

A,in V.

Calco uertit in u conſtanter primum elementum:
Nec non & ſcalpo:ſi uera docet Diomedes.
2 *Syntheta cum uertunt ă in ĭ,dant ē rite ſupinis.*
Do,go refragantur:ſapio,ſalio ſtatuóque.
3 *E cum tranſit in i,nuſquam non eſt reditura:*
Præterquam teneo natis,hæc e reſupinant.
Mordicus i ſeruant a cædo,lædo profecta.
4 *Inſtanti quoties uocalis prima ſubhiſcet:*
Illa ſupinato uel demutata redibit.
5 *Simplicium princeps ubi ſyllaba creuit,eorum*
Compoſitis apage incrementum:diſcere,poſco
Exceptis:& cum do,ſto:præcurro,repungo.
6 *Nulla ſupina queunt iterata fronte relabi.*
Præteritis mutilata,carebunt uſque ſupinis.

De præteritis uerborum in or.

OR *thema cum finit,periphraſticus eſſe character*
Præteriti debet:geminata uoce coactus:
Quem ſimul effingat cum participante ſupinum:
Si modo ſum,uel es,eſt,fuit,illi conſocietur.
Sic conflata uides:imitâtus ſum,uerĭtus ſum:
Sic amplexus:ſic quaſi ficta uoce potĭtus.

Exceptio.

Exceptio.

Vſus anomaliæ fauet, ac legem eleuat idem.
Nam fateor faſſus: confeſſus confiteórque:
Vult reor uſque ratus: miſereri porrò miſertus.
Dant tuitus ſum (non tutus:) tŭor atque tŭeri:
Quom tûtum tamen, & tuitum ſit utrique ſupinum.
At labi lapſus: nanciſcor nactus habeto.
Oblitúsque obliuiſci: greſſus gradiórque:
Hinc & congredior congreſſus: digrediórque.
Et queſtus queror: atque frui fructus, fruitúsue.
Tum paſſus patior: perpeſſus perpetiôrque.
Et nîtor niſus, nixusue: ſequórue ſequutus.
Vſus ſum uolet ûtor: amat loquor uſque loquutus.
Expergiſci experrectus: pactúsque paciſci:
Vlciſci ultus ſum: feſſusque fatiſcor, & eius .ſ. defetiſcor
Compoſitum defeſſus: Com—mentúsque—miniſcor.
Atque ſuis uſum permittit apiſcor: adeptus
Nempe adipiſcor habet: proficiſci ſume profectus.
Naſcor habens natus, formatſine lege futurum. .ſ. naſciturus
Mortuus & morĭturus habet mŏri: orĭris, oriri,
(Hic tantum quartæ) facit ortus mox oriturus.
Métior agnoſcit menſus. nunc ordior orſus,
Et nunc orditus profert. Aſſentior autem
Aſſenſum. experior pertus dat, comperiórque.
Opperiórque, fidem faciat modo Cæſarienſis.

Orbata præteritis.

Admutila medeor, ueſcor, liquor, reminiſcor:
Ac ea, quorumcunque carent actiua ſupinis.
Quod genus, urgeri, metuor, ſimulatque timeri.

DE ANOMALIS VERBIS ET *Defectiuis in genere.*

A Norma mutant Fero, Sum, Volo: ſtirps & eorum:
Et fio, Quit, Eo: uel Edo: quorum docet uſum

Aeli Donati fragmentum ars & Diomedis.

Tranſgreſsiua, uulgo Neutropaſsiua.

Tranſgreſsiua uocant exoſus, ſiue peroſus:
Et ſolitus ſum, fiſus ſum: gauiſus, & auſus.
Forſitan & mœſtus ſum. admittit prandet utrunque
Præteritum: germanum, quódque periphraſis edit.
Sic libitum, tædet, miſeret, piguit, puditúmue.
Complacitum eſt, licuit: pateo, cum nubere, iuro:
Poto, ſueo, cœno, titubo: mereor, mereóue.
Seruius aſsignat pepigi, pactúsque paciſcor.
Quidam ab or aſtrinxi, diuerti, pluráque ducunt.

Apocope imperatiui.

Trunca gerat dic, duc, fac, fer, modus imperitandi.
Quanuis hic permiſſa ſit orthoëpia poëtis.
Sed quæ producit facio, fice ſemper habento.

Syncopa præteriti.

Vi polyſyllabicis fuerit ſiquando character,
Præteritiua frequens incidit ſyncopa. quod fit
Parcius in reliquis: Cicero dixti tamen effert.

Neutra paſsiua.

Autopathetica ſunt tria: uæneo, uapulo, fio:
Quo referunt alij liceo, exulo, pendeo, nubo.

Deficientia, ſiue Elliptica.

At mutilata cadunt aliquot. corruptáque partim.
Inquio, ſiue inquam: ſimul aio: forem, fore: quæſo.
Auſim, faxit, ouat, uoces infit, cedo ſolas.
Verba ſalutandi iungunt ſalue, uale, auéqne.
Inter & eſt, refert: imperſonalia quæuis:
Ac hyemat, ninguit, rorat, pluit, atque dieſcit.
Quæque ioui ferme, uel cœlo adſcribere fas eſt.

Præterita ſine uoce inſtantis.

Et theſin ignorant cœpi, memini, ſimul odi:
Vocéque præteriti declarant tempus utrunque:
Nec temerè imperitant. aufer, cum tôte, memento.

Annumerat

Annumerat Phocas iſtis Noui,Pepigique.

Sine futuro.

Nil Soleo promittit,habens uim temporis acti.
Imperitatque nihil:quom pugnet ſenſus utrinque.

Inuſitata.

Dor,furo, der,for,fer,primas exterminat uſus.
Adde,quòd & quædam,tantum compoſta,leguntur:
Cello,pleo,perior:clino,pēdio,leo,fendo:
Cūſo,ſīpo,fragor:fūto,ſpecio,Laciòque.

Exauctorata,& obſoleta.

Antiquata locaſſim,danunt,aut prohibeſſis,
Talia ſiqua uomunt,qui ſcite Comōn adumbrant.

Recepta.

Dic Age,Sis,Sodes hortans:& blandus amābo.
Quom uitas Apāge uſurpa:laudando fer Eūge.
Noſſe libet quæ præteritis,quæ caſſa ſupinis?
Ad thematon Canōnas,uelut aram,confugiendum.

Abundantia,ſeu confuſa coniugatione.

Syzygian uariant,nihil immutantia ſenſum:
Cum ſocijs Excello,cauet,connīueo,tergo:
Effulget,ſūgo,ſtrīdet,cum ferueo,ſorbet.
Luxuriant autem claſſe,& ſenſu uariante:
Mando,uŏlo,appello,conſternor,& obſero,fundo:
Et compello,colo,dīco,prædīco,relēgo:
Indīco,deligo,colligo:nec non ēdūco ſæpe.

Abundantia Præteritis.

Quæ tibi præteritum uarient,expreſſimus ante.
Explīco quod docet:explicui dans,atque plīcaui.
Sunt eadem uerbis diuerſis præteritiua:
Qualia ſunt iſtæc:frixi,luxique,acuique:
Et fulſi,paui,cum conſtitit,atque pĕpendi:
Tum creui,mulſi:necnon & polluit anceps.
Huc quoque ſpectant,quæ Sēdeo cum Sīdo propagat:
ſedi. ſedi. ſedi.
Nam communia ſunt Con.De.Sub.iunge Reſēdi.

Abundantia genere uerbi.

Permutant or, & o, nullo diſcrimine ſenſus:
Aſſentire, uel altercari: Belligerare:
Comperio: Diuerto: Elucŭbro, ceu Făbricari:
Impertiri: cum Lachrymor, uel luxuriare.
Mutuo cum moderor: uel Nutrio: iungis Odōror.
Et Popŭlor, præuerto: Remuneror, atque reuertor.
Suppeditare: Tŭmultuor anceps: Vociferorque.
Tum quæ Marcelli ſeriatim ſcripta recenſent.

Communia ſenſu.

Ancipitem ſenſum, uel in or finita, ſequuntur:
Quod genus, Aſpernor Ciceroni: Plauto adipiſcor:
Aggredi, & amplector, cum anteſtari: augŭror olim.
Criminor, & conſectari: atque călumnior, una
Cum conteſtari: Dignor, dē—iunge—pĕcŭlor.
Experior: Fungor: nec non Interpretor: Hortor:
Largior, & Mŏror, Oſculor, & Stipulor, Venerari.
Crebrius actiuè tamen uſurpata leguntur.
Supparaſitantur quoque Participantia quædam
Vt complexus, adortus, commentus, meditatus:
Et comitatus, adhortatus, fruſtratus, abuſus.
Te ſi plura iuuant, hic Gelli conſule Noctes.
Quin aliâs & in o (niſi quid cæletur) utroque —
—Verſum dicuntur: ueluti iungo, lauo, muto:
Ingemino, uariat, uerto, cum tondeo, ſiſtit:
Calceo, præcipitat: ſimul accingo, atque probare.

Obſeruatio.

Obſerua quædam, quaſi ădeſpota participantum:
Nam quæ ita conſidunt, à tempore ſunt aliena.
E quorum numero ſunt: Anſatus, Balanatus,
Baccatus: Criſtatus, cornutus, chlamydatus:
fimbriatus. *Tum Dentatus, Echinatus: quod Fimbria gignit:*
Vna cum follitus, fibratus: Galeatus,
Haſtatus, ſimul hirſutus: quibus adde ĭubatus:

Littera quôdque parit, laruatus: ad hæc Miniatus:
Et Nummatus: Obæratus, nec non oculatus:
Cum Prætextato, petaſatus, palliolatus:
ſ. nummus.
Quadrigatus, Roſtratus: neque non Soleatus:
Et Trabeatus, turritus: Vittatus, & unda
Natum: unguentatus: tuus & uictoria nummus.
Edere præterea quæ fictio nominis auſit.

De uerbis Deriuatiuis, & eorum formis.

IN ſpecies aliquot deriuant uerba Quirites:
Quarum præcipuas triuialiter expediemus.
A nullo quæcunque cadunt, Perfecta uocantur.
Deriuata trahunt inclinamentum aliunde.

Inchoatiua.

Quæ tibi producit thematis perſona ſecunda,
Co ſibi ſubijciens: uulgo incœptiua uocantur.
a. 1. 2. 3. 4.
Quod genus integraſco, tepeſco, tremiſcere, ſciſco.
Incipi enim quid ſignificant: aut gliſcere certè,
Intendíque frequens. illegitimè facit hiſco.
Eſt quando ueniant à nomine: ceu lapideſco,
Sylueſco, herbeſcit, diteſco: lácque ſéreſcit.
Taliter aucta, iūgat uerborum tertius ordo.

Notio.

Sed quæ conatum ſignant, aut corporis actum,
In SO figurantur priuatim: quale faceſſo:
Et uîſo, quêſo craſin ſortita ſuauem.
Quæ que refert ſimili inclinatu tertia claſſis.
Hæc Motiua alij: Paragôga uocat Diomedes.

Frequentatiua.

Porrò iteratiuum fingit plærunque ſupini
Extima uocalis, conuerſa in o: tale recepto.
Quom tendis pœnultimam, ĭto ducatur ab ātu:

Clamĭto ſic conſtat.uerum or manet:ut mĭnĭtari.
Præceptis obſtant:Agito,nato,cógito,pulto:
Fundito,cum fluito,ſeu fluctuat:& pauitare:
Quærito,noſcito,uiſito,paſcito:ſciſcitor æquè
Ac ſcitor,ſector,Manto,aſſentor,loquitari.
Quin alia ex alijs iteratiuis oriuntur:
Quom prior,ut nummi,non extat publica forma.
Factito ſic iteratur:& actito fluxit ab acto.

Obſeruatio.

Huc quidam accerſunt in ĭco finita,uel illo:
Quandoquidem thematis minuunt ea ſignificatum.
Quod genus Albĭcat,& fodico,ſorbillo,cauillor.
Nec ſpernunt imitatiuum de nomine ductum:
Cornīcor,frutĭcor,Bacchor,patriſſo,poetor.
Omnia ritĕ merent ſub prima ſyzygiarum.
His affinia ſunt aliis à partibus orta:
Vt Satio, Procraſtino,ſiue Perendinat,intro.

Meditatiua.

Aſt urio conſit de poſteriore ſupino:
Quando uoluntas,aut ſtudium conſignificatur.
Sic eſū Eſūrio:ſic partu Partŭrit edit.
Sed ſine lege Ligūrio dicitur,atque Scatūrit:
Et quod priuatim ductum eſt à nomine Sylla. .ſ.Syllaturio
Poſtremæ claſsi quicquid deſyderat infer.

Appendicula generalis.

Pro themătis aliâs & deductitia cedunt:
Nil tamen hic paries:niſi ſi Lūcina fauebit.

τὸ τέλος.

Finis primæ partis.